



0  
5  
2

microfilmado  
em  
18/5/88  
pui lawes

L. ANNEI.

i.

# SENECÆ

CORDVBENSIS

TRAGOEDIAE

DVAE.

*Quodlibet  
2016  
2.1.  
P. P. 60.*



CONIMBRICAE.

APV D ANTONIVM

DE MARIS:

1559.

THESTES  
TRAGOEDIA SECUNDA.  
ARGUMENTVM.

Cogit, excitatq; ab inferis Megæra, ex furijs una  
Tantulum olim Phrygiæ regem, ad odia cōmiscenda  
inter duos fratres, Thyestem & Atreum nepotes eius,  
qui Mycenis alternis annis regnauerat. At Atreus  
Furijs agitatus consilio cū seruo inito, deliberat, quo  
pacto vindictā de fratre sumat, quod dolis Aeropēsi  
bi coniugē constupravit: quodq; arietem aurei velle-  
ris surripuerit. Igittur ab Atreo simulata reconcili-  
atione, Thyesti renocato Mycenis & in scio apponun-  
tur in cōsilio sui filij epulandi. Postremò cūm etiā  
Janguinē illorū in patera propinasset Atreus, iussit  
demū afferri capita. Quævis visis & agnitis de-  
flet quidem Thyestes, sed Atreus, quod vindic-  
ta processerit oblectatur.

INTERLOCVTORES.

TANTALVS.	MEGAERA.
ATREVS.	SERVVS.
THYESTES.	PHILISTHENES.
NVNCIUS.	CHORVS.

L. AN. SENECAE  
ACTVS PRIMVS. TANTALVS, MEGÆRA.

Trumetri Lambici.



VIS me furor nunc sede ab in-  
fausta abstrahit,  
Anido fugaces ore captantem cibos?  
Quis male deorū Tātalo uinasdomos  
Ostendit iterum? peius inuentum est sui  
Arcente in vndis aliquid, & peius fame  
Hiante semper? Sisyphi nunquid lapis  
Gestandus humeris lubricus nostris venit?  
Aut membra celeri differens cursu rota?  
Aut poena Tityi semper accrescens iecur  
Visceribus atras pascet effossis aues?  
Et nocte reparans quidquid amisit die,  
Plenum recenti pabulum monstro iacet.  
In quod malum transcribor? ô quisquis noua  
Supplicia functis durus umbrarum arbiter  
Disponis, adde siquid ad poenas potes,  
Quod ipse custos carceris diri horreat,  
Quod moestus Acheron paueat: ad cuius metum  
Nos quoq; tremamus, quare iam nostra subit

A ij Estir-

## THYESTES.

**E**s stirpe turba, quæ suum vincat genus,  
Ac me innocentem faciat, & inausa audeat.  
Regione quidquid impia cessat loci  
Complebo, nunquam stante Pelo pœta domo  
Minos vacabit. **M E.** Perge de restabilis  
Umbra, & penates impios furijs age.  
Certet uro nonni scelere, & alterna vice  
Stringantur enses, nec sit irarum modus,  
Pudor ve, mentes cæcus instiger furor,  
Rabies parentum dures, & longum nefas  
Eat in nepotes: nec vacet cuiquam vetus  
Odisse crimen, semper oriatur nouum,  
Nec unum in uno: dumq; punitur, scelus  
Crescat: superbis fratribus regna excidant,  
Repetantq; profugos: dubia violenti & domus  
Fortuna reges inter incertos labet:  
Miser ex potente fiat, ex misero putens,  
Fluctuq; regnum casus assiduo ferat:  
Ob scelerâ pulsi, cum dabit patriam Deus,  
In scelerâ redeant, sintq; tam inuisi omnibus,  
Quam sibi nihil sit, ira quod veritum putet.  
Fratrem ex pauescat frater, & natum parens,

L. AN. SENECAE.

Gnatusq; patrem, liberi pereant male,  
Peius ramen nascantur: immineat viro  
Infesta coniux: bella trans pontum vehant,  
Effusus omnes irriget terras crux:  
Supraq; magnos gentium exultet duces  
Libido victrix: impia stuprum in domo  
Leuissimum sit: fratrisq; fas, q; fides,  
Iusq; omnipotens: non sit a vestris malis  
Immune cœlum, cum micant stellæ polo,  
Flammæq; seruant debitum mundo decus:  
Nox arra fiat, excidat cœlo dies.  
Misce penates, udia, cædes, funera,  
Accerse, q; ample scelere Tantaleam domum,  
Ornetur altum columen, q; lauro fores  
Letæ virescant: dignus aduentu tuo  
Splendescat ignis, Thracium fiat nefas  
Maiore numero: dextra cur patrui vacat?  
Nondum Thyestes liberos deflet suos?  
Ecquando toller ignibus iam subditis  
Spumante alieno? membra per partes eane  
Discerpta, patrios polluat sanguis focos,  
Epulae instruaneur, non noui sceleris tibi

THYESTES.

Coniuia venies, liberum dedimus diem,

Tuamq; ad istas soluimus mensas famem.

Ieiunia exple, mistus in Bacchum cruor

Spectante te potetur: inueni dapes,

Quas ipse fugeres: siste, quò præceps ruis?

T A N. Ad stagna, T amnes, T recedentes aquas,

Labrisq; ab ipsis arboris plenæ fugas:

Abire in atrium carceris liceat mei

Cubile, liceat, si parum videor miser,

Mutare ripas: alueo medius tuo

Phlegethon relinquar igneo cinctus freto.

Quicunq; pœnas legi fatorum datas

iuberis, quisquis exeso rases

Pavidus sub antro, quiq; venturi times

Montis ruinam, quisquis auditorum feros

Rictus leonum, T dirafuriarum agmina

Implicitus horres, quisquis immissas faces

Semustus abigis, Tantali vocem excipe

Properantis ad nos, credite experto mihi,

Amate pœnas: quando continget mihi.

Effugere superos? M E. Ante perturba domum,

Inferq; tecum prælia, T ferri malum

Regi-

Regibus amorem: concute insano ferum.  
 Pectus tumultu. T. A N. Me pati poenas decet,  
 Non esse poenam: mittor ut dirus vapor  
 Tellure rupra, vel grauem populis luem  
 Sparsura pestis ducam in horrendum nefas  
 Annus nepotes? maligne diuorum parens,  
 Nosterq; quamuis pudeat, ingenii licet  
 Taxata pena lingua crucietur, loquar,  
 Nec hoc tacebo: moneo, ne sacra manus  
 Violata cede, ne ve furiali malu  
 Aspergatas: stabo, & arcibus celus.  
 Quid ora terres verbere, & tortos ferox  
 Minaris angues? quid famem in fixam intimis  
 Agitas medyllis? flagrat incensum siti  
 Cor, & perustis flamma visceribus: ~~inicit~~ sequor.  
 M E. ~~S~~<sup>se quoq;</sup>, nunc o furorem diuide in tota domu.  
 Sic sic ferantur, & suum infensi inuicem  
 Sicut antea cruorem: sensit introitus tuos  
 Domus, & nefando toro contactu horruit.  
 Atcum est abunde, gradere ad infernos specus,  
 Annemq; noctum: iam tu nox est a pede  
 Terrae grauantur: cernis ut fontes liquor

## THYESTES.

Introrsus actus linquat? ut ripæ vacent?  
Ventusq; raras igneus nubes ferat?  
Pallescit omnis arbos, ac nudus steret  
Fugiente pomo ramus: & qui fluctibus  
Illinc propinquis Isthmos, atq; illinc fremit  
Vicma gracili dividens terra vadis,  
Longe remotos latus exaudit sonos,  
Iam Lerna retrocessit, & Phoronides  
Latuere venæ, nec suas profert sacras  
Alpheus undas, & Citheronis iuga  
Stant parte nulla cana deposita nines,  
Timentq; veterem nobiles agri sitim.  
~~E~~pse Titan dubitat, an ubeat sequi,  
Cogatq; habenis ire peritum diem.

## CHORVS.

Choriambici Asclepiadei.

A Rgos de superis siquis Achaicum,  
Pisæasq; domos turribus inclytas,  
Isthmi siquis amat regna Corinthisij,  
Et portus geminos, & mare diffidens:  
Si quis Taygeti conspicuas nines,

Quas

Quascum Sarmaticus tempore frigido  
 In summis Boreas composuit iugis,  
 Aestas ueliferis soluit Eresys,  
 quem tangit gelido flumine lucidus  
 Alpheus, stadio notus Olympico:  
 Aduertat placidum numen, & arccat,  
 Alterna scelerum ne redcant uices,  
 Ne succedat auo deterior nepos,  
 Et maior placeat culpa minoribus.  
 Tandem lassa feros exnat impetus  
 Sicci progenies impia Tantali:  
 Peccatum satis est, fas ualuit nihil,  
 Aut commune nefas: proditus occidit  
 Deceptor domini & Mytilus: & fide  
 Vectus qua tulerat, nobile reddidit  
 Murato pelagus nomine: notior  
 Nulla est Ionijs fabula nauibus.  
 Exceptus gladio parvulus impio,  
 Dum currit patrum natus ad osculum,  
 Immatura focis uictima concidit,  
 Diuisusque tua est Tantale dexteræ,  
Mensas ut strueres hospitibus Deis.

Hos

L. AN. SENECAE.

Hos æterna famæ persequitur cibos,  
Hos æterna sitis, nec dapibus feris  
Decerni potuit pœna decentior.  
Stat lusus uacuo gutture Tantalus,  
Impendet capiti plurima noxio  
Phineis auibus præda fugacior.  
Hinc illinc granidis frondibus incubat,  
Et curuata suis fœribus, ac tremens  
Alludit patulis arbor hiatibus.  
Hæc quamuis audius, nec patiens moræ,  
Deceptus toties tangere negligit,  
Obliquatque oculos ora que comprimit,  
Inclusisque famem dentibus alligat:  
Sed tunc diuitias omne nemus suas  
Demittit propius, poma que de super  
Insultant folijs mitia languidis,  
Accenduntque famem quæ iubet irritas  
Exercere manus: has ubi protulit,  
Et falli libuit, stotus in arduum  
Autumus rapitur, syluaque mobilis.  
Instat deinde suis non leuior fame  
Qua cum percaluit sanguinis, & ignis

Exarsit

Exarsit facibus, stat miser obuios  
 Fluctus ore uocans, quos profugus latex.  
 Auertit, sterili deficiens uado,  
 Conantemque sequi deserit : hic bibit  
 Altum de rapido gurgite puluerem.

Actus Secundus. Atreus. Seruus.

Trimetri iambici.

**I**gnave, iners, eneruis ? (quod maximum  
 Probrum tyranno, rebus in summis reor)  
 Inuitie: post tot sceleras, post fratris dolos  
 Fasq; omne rupium, questibus vanis agis  
 Iras, & Argos fremere iam totum tuis  
 Dibebat armis, omnis & geminum mare,  
 Innare classis: iam tuis, flammis agros  
 Lucere, & urbes decuit, ac strictum vndiq;  
 Micare ferrum: tota, sub nostro sonet  
 Argolica tellus equite: non sylvae regant  
 Hostem, nec altis montium structæ iugis  
 Arces: relictis bellicum totus canat  
 Populus Mycenis: quisquis inuisum caput  
 Tegit: actuetur: clade funesta occidat.

Hec

L. AN. SENECAE.

Tac ipsa pollens inclyti Pelopis domus  
Ruat, uel in me, dummodo in fratrem ruat.  
Age anime, fac quod nulla posteritas probet,  
Sed nulla raceat: aliquid audendum est nefas  
Atrox, cruentum, sale, quod frater meus  
Suum esse malit sceleram non ulcisceris,  
Nisi uincis: Quid esse tam scuum potest.  
Quod superer illum? nunquid abiectus iacet?  
Nunquid secundis patitur in ribus modum?  
Estis quietem? noui ego nō genium uiri  
Indocile: flecti non potest, frangi potest.  
Privede antequam se firmet, aut uires paret,  
Percur ultro, ne quiescentem perat.  
Aut perdet, aut peribit: in medio est scelus  
Positum occupanti. SER. Fama te populi nihil  
Iduersa terret? ATR. Maximū hoc regni bonū ē,  
Quod facta domini cogitur populus sui  
Quam ferre, tā laudare. SER. Quos cogit metus  
Laudare, eosdem reddit inimicos metus:  
At qui fauoris gloriam ueri petit,  
Animo magis, quam uoce laudari uoleat.  
ATR. Laus vera, & humili sēpe contingit viros

Non

Non nisi potest falsa, quod nolunt, uelint.  
 SER. Rex velu honesta, nem non eadem volet.  
 ATR. Vbi cum quetantū honesta dominati licet,  
 Precario regnatur. SER. Vbi non est pudor.  
 Nec cura iuris, sanctitas, pietas, fides.  
 Instabile regnum est. ATR. Sanctitas, pietas, fides,  
 Priuata bona sunt: quā iuuat, reges eant.  
 SER. Nefas nocere uel malo fratri puto.  
 ATR. Fas est in illū, quidquid in fratre est nefas.  
Quid enim reliquit criminē intactum? aut ubi  
 sceleripe percit? coniugem stupro abstulit,  
 Regnumque furto, specimen antiquum imperii  
 Fraude est adiutor, fraude turbauit domum.  
 Est Pelopis altis nobile in stabulis pecus,  
 Arcanus Aries, ductor opulentī gregis:  
 Huius per omne corpus infuso coma  
 Dependit auro, cuius ē tergo noui  
 Aurata reges sceptrā Tantalici gerunt.  
 Possejor huius regnat: hunc rancē domus  
 Fortuna sequitur. tuta seposita sacer  
 In parte carpit prata, quæ cludit lapis  
 Fatalē saxeō pecus muro regens,


 Hunc

I HY ESTES.

Hunc(facinus ingens ausus)assumpta in scelus  
Consorte nostri perfidus thalami, abuehit:

Hinc omne clavis mutuae fluxit malum:

Per regnat trepidus exul errauit mea:

Pars nulla nostri tuta ab insidijs uacat.

Corrupta coniux, imperij quassa est fides:

Domus ægra, dubius, sanguis est, certi nihil,

Nisi frater hostis, quid stupes? tandem incipe,

Animoque sume Tantulum, & Pelopem aspice:

Ad haec manus exempla poscuntur mee:

Profare dirum qua caput maclem uia

S E R. Ferro peremptus spiritum inimicū expuat.

A T R. De fine poenæ loqueris, ego poenam uolo.  
*De rebus*

Perimat tyrannus lenis: in regno meo

Mors impetratur? S E R. Nulla te pietas mouet?

A T R. Excede pietas, si modo in nostra domo

Vnquam fuisti: dira Furiarum cohors,

Discorsq; Erinnys ueniat: & geminas faces

Megara quatiens: non satis magno meum

Ardet furore pectus: impleri iuuat

Maiore monstro. S E R. Quid noui rabidus struis?

A T R. Nil, quod doloris capit at sueti modum.

Nullum

Nullum relinquam facinus, & nullum est satis.  
 SER. Ferrū? ATR. Parū est. SER. Quid ignis?  
 Etiamnum parū est. (ATR.

SER. Quoniam ergo telo tantus utetur dolor?  
 ATR. Ipso Thyeste. SER. Maius est ira hoc malū.  
 ATR. Fateor, tumultus pectora attonitus quatit,  
 Penitusque uoluit rapior, & quō nescio:  
 Sed rapior: imo mugit e fundo solum,  
 Tonat dies serenus, ac totis domus,  
 Ut fracta, rectis crepuit: & moti Lares  
 Verte're vultum: fiat hoc, fiat, nefas,  
 Quid dixi metis. SER. Facere quid tandem paras?  
 ATR. Nescio quid animus maius, & soluo am  
 Supraque fines moris humani tumet  
 Instatque pigris manibus: haud, quid sit, scio.  
 Sed grande quiddam est. ita sit: hoc anime incipe.  
 Dignum est Thyeste facinus, & dignum Atreo.  
 Vt rorque faciat, uidit infandas domus  
 Odrysia mensas: fateor, immane est scelus,  
 Sed occupatum: maius hoc aliquid dolor  
 Inueniar, animum filij inspira parens,  
 Sororqz, causa est similis: assiste, & manum

Impelle

L. AN. SENECAE

Impelle nostram: liberos audius parens,  
Gaudensque laceret, & suos artus edat.

Bene est, abunde est, hic placet pœnæ modus.

Tantisper ubi nam est, tam dimicur innocens

Versatur Atreus? tota iam ante oculos meos

Imago cædis errat, ingesta orbitas

In ora patris, anime, quid rursus times,

Et anterem subsidis, audiendum est, age.

Quod est in isto scelere præcipuum nefas

Hoc ipse faciat. SER. Sed quibus captus dolis

Nostros dabit perductus in laqueos pedem?

Inimica credit cuncta. ATR. Non poterat capi,

Nisi capere vellet: regna nunc sperat mea:

Hac spe minant fulmen occurret Ioui:

Hac spe subibit gurgitis tumidi minas

Dubiumque Libycæ Syrtis intrabit fretum:

Hac spe (quod esse maximum retur malum)

Fratrem videbit. SER. Quis fidem pacis dabit?

Cui ranta credet, ATR. Credula est spes improba.

Gnat is tamen mandata, que patruo ferant,

Dabimus, relictis exul hospitijs vagus

Regno ut miseras mutet, atq; Argos regat

Ex

Ex parte dominus: si nimis durus preces  
 Spernet Thyeses, liberos eius rudes,  
 Malisque fessos graubus, & faciles capi  
 Preces mouebunt: hinc uetus regni furor,  
 Illince gestastristis, hinc durus labor,  
 Quamuis rigenter tot malis subigent uirum.

S E R. I am tempus illi fecit & rumnas leues.

ATR. Erras malorum sensus accrescit die:  
 Leue est miserias ferre, perferre <sup>est</sup> graue.

S E R. Alios ministros consilijs istis lege.

ATR. Peiora iuuenes facile præcepta audiunt.

S E R. In patre facient, quidquid in patruo docesc.

Sæpe in magistrum scelera redierunt sua.

ATR. Vt nemo doceat fraudis & sceleris vias,

Regnum docebit, ne mali fiant, times?

Nascuntur, istud, quod uocas scuum, asperum,

Agiq; dure credis, & nimium impie,

Fortasse & illic agitur. S E R. Hanc fraudem scienc

Nati parari, tacita tam rudibus frades

Non est in annis, ditegent forsitan dolos.

ATR. Tacere muluis discitur uitæ malis.

S E R. Ipsos ne, per quos fallere alium cogitas,

L. AN. SENECAE.

Falles? ATR. Ac ipsi criminē: & culpa uacens.  
Quid enim est necesse liberos sceleri meo  
Inserere? per nos odia se nostra explicent.  
Male agis, recedis anime: si parcis tuis,  
Parces & illi: consilij Agamemnon mei  
Sciens minister fiat, & patris cliens  
Menelaus adsit, prolis incertæ fides,  
Ex hoc petatur scelere, si bella abnunt.  
Et gerere nolunt odia, si patruum uocant,  
, Pater est, eatur multa sed trepidus soler  
, Detegere uultus, magna nolentem quoque  
, Consilia produnt: nesciant quantæ rei  
Ejunt ministri, nostra tu cœpta occule,  
S E R. Haud sum monendus, ista nostro in pectoro  
Fides, timorque sed magis claudit fides.

CHORVS.

Glyconicum carmen.

T Andem regia nobilis  
Antiqui genus Inachi  
Fratrum composuit minas.  
Quis uos exagitat furor:

Alternis

## THYESTES.

10

- Alternis dare sanguinem,
- Et sceptrum scelere aggredi?
- Nescitis cupidi arcium,
- Regnum quo iaceat luco:
- Regem non faciunt opes,
- Non uestis Tyriæ color.
- Non frontis nota regiae,
- Non auro nitidæ trabes.
- Rex est, qui posuit metus,
- Et dirim a mala pectoris:
- Quem non ambitio impotens,
- Et nunquam stabilis fauor
- Vulgi præcipitis mouet,
- Non quidquid fodit Occidens,
- Aut unda Tagus durea
- Claro deuehit alueo:
- Non quidquid Libycis terit
- Feruens area messibus:
- Quem non concutiet cadens
- Obliqui via fulminis,
- Non Eurus rapiens mare,
- Aut seuo rapidus freto

Bij

Ventosi

L. AN. SENECAE

, Ventosi tumor Adrie:  
, Quem non lancea militis,  
, Non strictus domuit Chalybs:  
, Qui tuto positus loco,  
, Infra se uidet omnia,  
, Occuritque suo libens  
¶, Fato, nec queritur mori.

Reges conueniant licet,  
Qui sparsos agitant Dacas,

Qui rubri uada litoris,  
Aut gemmis mare lucidum

Late sanguineum tenent,

Aut qui Caspia fortibus

Recludunt iuga Sarmatis:

Cerret Danubium licet,

Audet qui pedes ingredi,

Et quocumque loco iacent,

Sores uellere nobiles.

Mens regnum bona possidet:

Nil ullis opus est equis,

Nil armis, & inertibus

Telis, quæ procul ingerit

Parthus,

THYESTES.

ii

- Parrhus, cum simulat fugas.
- Ad mortis nihil est opus.
- Vrbes sternere machinis.
- Longe saxa rotantibus.
- Rex est, qui metuit nihil.
- Hoc regnum sibi quisque dat.
- Stet, qui cunque uolat potens.
- Aul a culmine lubrico:
- Medulcis satureret quies.
- Obscuru positus loco
- Leni perfruar otio.
- Nullis nuta Quiritibus
- Aetas per tacitum fluat.
- Sic cum transferint mei
- Nullo cum strepitu dies,
- Plebeius moriar senex.
- Illi mors grauis incubat,
- Qui notus nimis omnibus,
- Ignotus moritur sibi.

ACTVS TERTIVS.

THYESTES. PHILISTENES.

Trinmetri Iambici.

L. AN. SENECA.

O ptara patriæ recta, & Argolicas opes,  
Miseri q̄ summū, ac maximū exilibus bonū,  
Tractum soli natalis, & parrios deos,  
Si sunt tamen dij, cerno, Cycoplum sacras Cyclopia  
Turres, labore maius humano decus,  
Celebrata iuueni stadia, per quæ nobilis  
Palmam paterno non semel currutuli.

Occurret Argos, populus occurret frequens:  
Sed nempe & Atreus, repeate sylvestres fugas,  
Saltusq; densos potius, & mistam feris,  
Similemq; vitam clarus hic regni nitor  
Fulvore non est quod oculos falso auferat.

In quid datur spectabis, & dantem aspice:  
Modo inter illa, quæ putant cuncti aspera,  
Fortis fui, lætusq;: nunc contrà in metus  
Reuoluor, animus heret, ac retro cupit  
Corpus referre: moneo nulentem gradum.

PHI. Pigro (quid hoc est?) genitor incessu stupet  
Vultumq; versat, seq; in incerto tenet.

IHY. Quid anime pendes? quidue consilium dia  
T am facile torques? rebus in certissimis  
Fratri, atq; regno credis? ac metuis mala

Idem

Iam victa, iam mansueta? & aerumnas fugis  
 Bene collocatas? esse iam miserum iuuat.  
 Deflecte gressum, dum licet, teq; eripe.

PHI. Quæ causa cogit genitor à patria gradum  
 Referre visa? cur bonis tantis sinunt  
 Subducis? ira frater abiecta redit.

Partemq; regni reddit, & laceræ domus  
 Componit artus, teq; restituit ibi.

THY. Causam timoris, ipse quam ignoro, exigis:  
 Nihil timendum video, sed timeo tamen:  
 Placet ire, pigris membra sed genibus labant,  
 Alioq;, quam quoniam nitor, abductus feror:  
 Sic concitatam remige, & vento ratem  
 Aestus resistens remigi & velore refert.

PHI. Peruinice quidquid obstat, & metem impedit.  
 Reducemq; quanta præmia expectent, vide,  
 Pater potes regnare. THY. Cum possem mori.

PHI. Summa è potestas. THY. Nulla, si cupias nihil.

PHI. Gnat is reliques. THY. Non capit regnum diu nos.

PHI. Miser esse manuit, esse qui felix potest?

THY. Mili crede, falsis magna nominibus placet.

Frustrati mentur dura: dum excelsus steti,

L. AN. S E N E C.

Nunquam pauere destiti, atque ipsum mei  
• Ferrum timere lateris ô quantum bonum est,  
• Obstare nulli, capere securas dapes  
• Hami iacentem sceler a non intrant casam,  
• Tutasq; mensa capitur angusta cibus  
• Venenum in auro bibitur, experius loquor.  
Malam bone præferre fortunam licet.

Non uertice alti montis imposuit am domum,

Et eminentem ciuitas humiliis tremit:

Nec fulget altis splendidum tectis ebur,

Somnosque non defendit excubitor meos:

Non classibus piscamur & retro mare

In fugamus mole: non uentrem improbum

Alius tribus gentium: nullus mihi

Vlira Getas metitur, & Parthos ager:

Non thure colimur, nec me exculo Ioue

Ornantur aræ: nulla culminibus meis

Imposita nutat sylua, nec fumant manu

Succensa multa stagna: nec somno dies,

Ecchoq; nox ducenda per uigili datur:

Sed non timemus, tuta sine telo est domus,

Rebusque paruis alta præstatur quies.

, Immane regnum est posse sine regno pati.  
 , PHY. Nec abnuendū, si dat imperiū deus. (grat.  
 , THY. Nec appetēdū. PHY. Frater ut regnes, ro-  
 , THY. Rogat? timēdū est: errat hic aliquis dolus.  
 , PHY. Redire pietas, unde summota est, solet.  
 Reparatque uires iustus amissas amor.

THY. Amat Thyesten frater? aetherias prius

Perfundet Arctos pontus, & Siculi rapax

Consistet astus unda, & Ionio seges

Maturapelago surget, & lucem dabit

Nox atra terris: antēcum flammis aquæ,

Cum morte vita, cura manuentus fidem

Fædusq; iūgent. PHY. Quātamen fraudētim...

THY. Omnim: timori quem meo statuam modi?

Tantū potest, quantū odit. PHY. In te qui potest?

THY. Promenihil iam metuo: uos facitis mihi

Atrea timendum. PHY. Decipi captus times?

Serum est cauendi tempus in medijs malis.

Eatur, unum genitor hoc hortamen est,

THY. Ego uos sequor, nō duco. PHY. Respicias de-

Bene cogitata, perge non dubio gradu.

(us

ATREVS.

L. AN. SENE<sup>C</sup>.  
ATREVS. THY ESTES.  
Trimetri Lambici.

P<sup>A</sup>lagis tenetur clausa dispositis fera:  
Et ipsum, & una generis inuisi indolem  
Iunctam parenti cerno, iam tuto in loco  
Versantur odia: venit in nostras manus  
Tandem Thyestes, venit & totus quidem,  
Vix tempore animo, vix dolor frenos capit.  
Sic, cum feras vestigia, & longo sagax  
Lorotenetur umber, ac presso vias  
Scrutatur ore, dum procul lenro suem  
Odore sentit, paret, & tacito locum  
Postroperrat: praedacum propior fuit.  
Ceruice tota pugnat, & gemitu vocat  
Dominum morantem, seq; retinentier ipit.  
Cum spirat ira sanguinem, nescit regi.  
Tamen tegitur, aspice, ut multo grauis  
Squalore vultus obruat mœstos comas:  
Quam fœda iaceat barba: præstetur fides,  
Fratrem iuvat videre: complexus mihi  
Redde expertos: quidquid irarum fuit,  
Transferit: ex hoc sanguis ac pietas die

Colantur

Colantur, animis odia dammata excidant.

THY. Diluere possem cuncta, nisi talis fores:

Sed fateor Atren, fateor, admisi omnia

Quæ credidisti: pessimam causam meam

, Hodierna pietas fecit: est prorsus nocens

, Quicunq; visus tam bono fratri est nocens.

Lachrymis agendum est, supplicem primus vides.

Hæ reprecantur pedibus int'ctæ manus,

Ponatur omnis ira, & ex animo tumor

Erasus abeat obsides fidei accipe

Hos innocentes frater. ATR. A genibus manus

A user, meosq; potius amplexus pete,

Vos quoq; senum praesidia tot iuuenes, meo

Pendete collo, squalidam vestem exue,

Oculisq; nostris parce, & ornatus cape

Quales meis sunt, latus & partem imperi

, Capesset frater: maior hæ clausa est mea,

Fratri paternum reddere incolumi decus.

, Habere regnum casus est, virtus dare.

THY. Di paria frater pretia protantis ibi

Meritis repondant: regiam capit is notam

, Squalor recul' noster & sceptrum manus

Infausta

L. AN. SENECAE.

Infausta refugit: liceat in media mihi

Latere turba. ATR. Recipit hoc regnum duos.

? THY. Meum esse credo, quidquid est frater tuus.

, ATR. Q uis influentis dona fortunae abruerit?

, THY. Expertus est quicunq; quam facile effluat.

ATR. Fratrem potiri gloria ingentiuetas.

? THY. Tua iam peracta gloria est, restat mea.

Respuere certum est, regna consilium mihi.

ATR. Meam relinquam, nisi tuam partem accipis.

THY. Accipio, regni nomen impositi feram:

Sediura, & arma seruient tecum tibi.

ATR. Imposita capiti vincula uenerando gere,

Zgo destinatas uictimas superis dabo.

CHORVS.

Sapphici, & urus Adonius.

C redar hoc quisquam? feras ille, & acer,

Nec potens mentis truculentus Aireus

Fratri aspectu stupefactus hest.

Nulla uis maior pietate uera est:

Iurgia externis inimica durant,

Quos amori ueruus tenet, tenabit.

Iracum magnis agitata carnis

Gratiam

Gratiā rupit, cecinitque bellum:  
 Cūm leues frēnis sonueretur mæ,  
 Fulgit hinc illinc agitatus ensis,  
 Quem mouet crebro furibundus icta  
 Sanguinem Mauors cupiens recentem.  
 Opprimit ferrum manibusque iunctis  
 Dicit ad pacem pietas negantes.  
 Oritum è tanto subitum tumultu  
 Quid Deus fecit? modo per Mycenæ  
 Arma ciuilis crepuere belli:  
 Pallidæ matres tremuere natis,  
 Vxor armato timuit marito,  
 Cūm manum inuitus sequeretur ensis  
 Sordidus pacis uirio quietæ.  
 Ille labentes renouare muros,  
 Hic situ quassas stabilire turrens,  
 Ferreis portas cohære claustris  
 Ille certabat, pauidusque pinnis  
 Anxiæ nocti uigil incubabat,  
 Peior est bello timor ipse belli.  
 Iam minæ seui cecidere ferri,  
 Iam silet murmur et uane classicorum,

Iam

Iam tacet stridor litui strepentis,  
 Alta pax urbis revocata letæ.  
 Sic ubi ex alto tumuere fluctus  
 Brutum pontum feriente Coro,  
 Scylla pulsatis resonat cavernis,  
 Ac mare intortum timuere nautæ,  
 Q uod rapax hausit renomit Charybdis:

{ Et Ferus Cyclops metuit parentem,  
 Rupe feruentis residens in Aetnae,  
 Ne superfusis violetur vndis  
 Ignis Aetnae resonans caminis:  
 Et putat mergi sua posse pauper  
 Regia Laertes Ithaca tremente:  
 Si suæ ventis cecidere vires,  
 Mirius stagno pelagus recumbit.

Alta, quæ nauis timuit secare  
 Hinc, & hinc fusis spatiofa velis  
 Strata ludent ipatuere cymbæ:  
 Et vacat mersos numerare pisces  
 Hic, ubi ingenti modo sub procella  
 Cyclades pontum timuere motæ.  
 Nulla fors longa est: dolor, ac voluptas

Inuicem

## THYESTES.

10

- In uicem cedunt, breuior voluptas.
- Im a permixt at breuis hora summis.
- Ille qui donat diadema fronti,
- Quem genu nix & tremuere gentes,
- Cuius ad nutum posucre bella
- Medus, & Phabi propioris Indus,
- Et Dace Parthis equitem minati,
- Anxius sceptrum tenet, & mouentes
- Cuncta dinastas, metuitque casus
- Mobiles rerum, dubiumque tempus.
- Vos quibus rector maris, atque terræ
- Ius dedit magnum necis, atque uitæ,
- Ponite inflatos, tumidosque uultus:
- Quidquid à vobis minor extimescit,
- Maior hoc vobis dominus minatur,
- Omne sub regno grauiore regnum est.
- Quem dies uidit ueniens superbum,
- Hunc dies uidit fugiens iacentem.
- Nemo confidat nimium secundis,
- Nemo desperet meliora, lapsus.
- Miser hæc illis, prohibetque Clotho
- Stare fortunam, rotat omne fatum.

Nemo

- Nemotam diuos habuit fauentes,
- Crastinum ut possit sibi polliceri.
- Res Deus nostras celeri citatas
- Turbine uerat.

## ACTVS Q VARTVS.

NVNCIVS. CHORVS.

Trimetri Iambici.

**V**is me per auras turbo præcipitem uehet,  
 Atraq; nube inuoluet, ut tantum nefas  
 Eripiat oculis? ô domus Pelopi quoque  
 Et Tantalo pudenda. C H. Q uid portus noui?

**N**V N. Q uænâ ista regio est? Sparte, & Argos,  
 & ritia fratreſ? & maris gemini premens (impius  
 Fauces Corinthus? an feris Ister fugam  
 Præbens Alanis? an sub æterna nine  
 Hyrcana tellus? an uagi paſſim Scythæ?

**C** H. Q uis hic nefandi est conſcius monſtri locuſ?  
 Effare, & iſtud ponde, quodcunque eſt malum.

**N**V N. Si ſeterit animus, ſi metu corpus rigens  
 Remittet artus, hæret in uultu trucis  
 Imago facti: ferte me in ſanx procul

Illo

Illu procellæ:ferte, quò fertur dies

Hinc raptus. C H. Animos grauius incertos tenes.

Quid sit, quod horres, effer, autorem indica.

Non quæro quis sit, sed uer: effare ocyus.

N V N. In arce summa Pelopis, una est pars domus  
Conuersa ad austros, cuius extreum latus

Aequale monte crescit, aequæ urbem premit.

Et contumacem regibus populum suis

Haber sub ictu: fulget hic turbæ capax

Immane tectum, cuius auratas trabes

Varijs columnæ nobiles maculis ferunt.

Post ista uulgo nota, quæ populicolumunt,

In multa diues sparia discedit domus.

Arcana in imore regia recessu patet,

Alta uetus tumualle compescens nemus,

Penetrare regni: nulla, quæ leuos solet

Præbere ramos arbor, aut ferro colis,

Sed taxus, & cupressus, & nigra ilice

Obscura nutat sylua, quam supra eminens

Despectat alte quercus, & uincit nemus.

Hinc auspicari regna Tantalidæ solent.

Hinc petere lassis rebus, & dubijs opem.

L. AN. SENECAE.

Affixa inhærent dona uocales tubæ,  
Fractique currus spolia Myrtoi maris,  
Victæque falsis axibus pendent rotæ,  
Et omne gentis facinus: hoc Phrygius loco  
Fixus Tiaras Pelopis: hic præda hostium:  
Et de triumphophicta barbarico chlamys.  
Fons star sub umbra tristis, & nigra piger  
Hæret palude: talis est diræ Stygis  
Deformis unda, quæ facit cœlo fidem.  
Hic nocte tota gemere ferale deos  
Fama est: catenæ lucus excusis sonat,  
Vt antque manes: quidquid audire est metus,  
Illi uidetur: errat antiquis uetus  
Emissa bustis turba, & insultant loco  
Maiora notis monstra: quin tota solet  
Micare flamma sylua, & excelsæ trabes  
Ardent sine igne: sæpe latratu nemus  
Trino remugit: sæpe simulacris domus  
Attonita magnis, nec dies sedat metum.  
Nox propria luco est, & supersticio inferum  
In luce media regnat: hinc orantibus  
Ei responda dantur ceria, cum in genti sono

## THYESTES.

Taxantur a<sup>et</sup> lyto fata, & immugit specus  
 Vocem deo soluente: quò postquam furens  
 Intravit Atreus, liberos fratris trahens,  
 Ornantur aræ: quisqueat dignè eloqui?  
 Post terga iuuenium nobiles renouat manus,  
 Et moësta uitta capita purpurca ligat:  
 Non thura defunt, non sacer Bacchi liquor,  
 Tangensue falsa victimam culier mola.  
 Seruatur omnis ordo, ne tantum nefas  
 Non rite fieri. C H. Q uis manum ferro admouet?  
 NV N. Ipse est sacerdos, ipse funesta prece  
 Letale carmen ore uiolento canit.  
 Stat ipse ad aras, ipse deuotos neci  
 Correctat, & componit, & ferro admouet.  
 Accedit ipse, nulla pars sacri perit.  
 Lucus tremiscit, tota succusso solo  
 Nutauit aula dubia quò pondus daret,  
 Ac fluctuant simulis: è lœuo eihere  
 Atrum cucurrit limitem sidus trahens:  
 Libata in ignes uina mutato fluunt  
 Cruenta baccho: regium capiri decus  
 Bis terque lapsum est, fleuit in templis ebur.

L. AN. SENECAE

Mouere cunctos monstra, sed solus sibi.  
Immotus Atreus constat, atque ulti deos  
Terret minantes: iamque dimissa mura.  
Assiluit aris, toruum, & obliquum intuens,  
Ieiuna sylvis qualis in Gangeticis  
Inter iuuencos Tigris errauit duos,  
Vt triusque prædæ cupida, quo primos ferat  
Incerta morsus: flectu huc rectus suos,  
Illò reflectit, & famem dubiam tenet.  
Sic dirus Atreus, capita deuota impiæ  
Speculatur iræ: quem prius mactet sibi,  
Dubitatur: secunda deinde quem cæde immolet,  
Nec interest, sed dubitat, & tantum scelus  
Iuuat ordinare. C H. Q uem tamen ferro occupat?  
NV N. Primus locus, ne deesse pietatem pures,  
Audo dicatur, Tantalus prima hostia est.  
C H. Q uo iuuenis animo, quo tulit uultu necem?  
NV N. Stetit sui securus, & non est preces  
Perire frustra passus. ast illi ferus  
In uulnere ensem abscondit, & penitus premens  
Iugulo manum commisit, educito stetit  
Ferro cadauer: cumque dubitas, et diu

Hac parte, an illa cadere in patruum cadet.

Tunc ille ad aras Plisthenem sanguis trahit,  
Adicique fratri: colla percussa amputat.

Cervice cæsa truncus in primum ruit:

Querulum cucurrit murmure incerto caput.

C H. Quid deinde gemina cæde perfundus facit?

Puerone parcit? an scelus sceleri ingredit?

N V N. Sylva iubatus qualis Armenia leo

In cæde multa victor, armento incubat:

Cruore rictus madidus, & pulsa fame

Non ponit iras, hinc, & hinc tauros premens

Vitulis minatur, dente iam lasso piger:

Non aliter Atreus sanguit, atque ira tumet:

Ferrumque gemina cæde perfusum tenens,

Oblitus in quem fureret, infesta manu

Exegit ultra corpus: at pueri statim

Pectore receptus ensis intergo exiit:

Adit ille, & aras sanguine extinguens suo,

Per utrumq; vulnus moritur. C H. O sanguis scelus.

N V N. Exhorruistis: hactenus non stat nefas,

Plus est. C H. An ultra maius, aut atrocius

Natura recintis? N V N. Sceleris hunc finem putas?

L. ATT. SENECAE.

Gradus est. C H. Quid ultra potuit? obiecit feris  
Lanianda forsitan corpora: atque igne arcuit.

N V N. Vt in amarcuisset: ne regat functos humus,

Nec soluat ignis, aubibus epulandos licet

Ferisque triste pabulum sauis trahat,

Votum est sub hoc, quod esse supplicium solet,

Pater inseptos spectet. o nullo scelus

Credibile in aeuo, quodque posteritas neget:

Erepta uiuus exta pectoribus tremunt,

Spirantque uenæ, corque adhuc pauidum salit:

At ille fibras tractat, ac fata inspicit,

Et adhuc calentes uiscerum uenas norat.

Postquam hostiæ placuere, securus uacat

Iam fratri epulis: ipse diuissim secat

In membra corpus, amputat truncō tenus

Humeros patentes, & lacertorum moras,

Denudat artus durus, atque ossa amputat:

Tantum ora seruat, & datas fidei manus.

Hæc ueribus hærent uiscera, & letis data

Stillant caminis: illa flammatus latex

Querente aheno iactat: impositas dapes

Transiluit ignis, inque crepitantes fucus

## THYESTES.

16

Bis ter regestus, & pari iussus moram  
 In uitus ardet, stridet in uerubus iecur,  
 Nec facile dicam, corpora, an flammæ gemant,  
 Gemuere: piceus ignis in fumos abit:  
 Et ipse sumus tristis, ac nebula granis  
 Non rectus exit, sequi in excelsum leuat,  
 Ipsos penates nube deformi obfider.  
 O Phœbe patiens fugeris retro licet,  
 Medioque ruptum merseris cælo diem,  
 Serò occidisti, lancinat gnatos pater,  
 Arsusque mandit ore funestu suos:  
 Nitet fluente madidus unguento comam,  
 Granisque uino: sepe præclusæ cibum  
 Tenuere fauces, in malis unum hoc tuis  
 Bonum est Thyesta, quid mala ignorasti.  
 Sed & hoc peribit, uerterit cursus licet  
 Sibi ipse Titan, obuium dicens iter,  
 Tenebrisque facinus obruat tetur nouis,  
 Nox missa abortu tempore alieno granis,  
 Tamen videndum est: tota patescent mala.

CHORVR.

Anapestici, præter unū &amp; alterū Adoniu.

C. iij

Quo

L. AN. SENECAE.

Q. Vò terrarum, superumq; parens,  
Cuius ad ortas noctis opacæ

Necus omne fugit, quò uertis iter?

Medioque diem perdis Olympo?

Cur Phœbus tuos rapis aspectus?

Nondum seræ nuntius horæ

Nocturna uocat lumina uesper.

Nondum Hesperia flexura rotæ

Iubet emeritos soluere currus.

Nondum in noctem uergente die

Eertia misit buccina signum.

Stupet ad subitæ tempora cænæ

Noctum fessis bobus arator.

Quid te etherio pepulit cursu?

Quæ causatiuos limite certo

Deiecit equos? nunquid aperto

Carcere Ditis uicti, tentant

Bella gigantes? nunquid Tityus

Pectore fesso renouat ueteres

Saucius iras? num reiecto

Latus explicuit monte Typhonius?

Nunquid struitur uia Phlegræos

Alta

Alta per hostes? & Thessalicum  
Thressa premitur Pelion Ossa?  
Solitæ mundi periere uices.  
Nihil occasus, nihil ortus erit.  
Stupet Eos assueta deo  
Tradere frænos genitrix primæ  
Roscida lucis, peruersa sui  
Lumina regni: nescit fessos  
Tingere currus, nec fumantes  
Sudore iubas mergere pontio.  
Ipse insuetonus hospitio,  
Sol auroram uidet occiduus,  
Tenebrasque iubet surgere nondum  
Nocte parata: non succedunt  
Astra, nec ullo micat igne polus:  
Nec luna graueis digerit umbras.  
Sed quidquid id est, minam nox sit.  
Trepidant nostra pectora magno  
Percussa metu, ne fatali  
Cuncta ruina quassata labent:  
Iterumque Deus, hominesque premat  
Deforme chaos: iterum terras.

L. AN. SENECAE.

Et mare, & ignes, & uagapicti  
Sidera mundi natura regat.

Non aeterna facis exortu

Dux astrorum secula ducens

Dabit aestatis, brumaeque notas

Non Phœbeis obuia flammis,

Demet nocti Lunati mores,

Vincerque sui fratriis habenas,

Curno breuius limite currens.

Ibit in unum congesta sinum

Turba Deorum.

Hic qui sacris peruius astris

Seruit obliquo tramite Zonas,

Flectens longos Signifer annos,

Lapsa uidebit sidera labens.

Hic qui nondum uere benigno

Reddit Zephyro uela repenti,

Aries precepit ibit in undas,

Per quas pauidam uexerat Hellen.

Hic qui nitido Taurus cornu

Perfert Hyadas, secum Geminos

Trahet, & curuibrachia Cancri.

Leo flammiferis æstibus ardens  
 Iterum è cælo cadet Herculeus.  
 Cadet in terras Virgo relictas.  
 Iustæque cadent pondera Libræ.  
 Secumque trahent Scorpion acrem.  
 Et qui nero tenet Aemonio  
 Pennata senex spicula Chiron,  
 Rupto perdet spicula neruo.  
 Pigram referens hyemem gelidus  
 Cadet Aegoceros, frangitque tuam  
 Quisquis es, urnam: secum excedent  
 Ultima cali sidera Pisces.  
 Monstra que nunquam perfusa mari  
 Merget cordens omnia gurges.  
 Et qui medias dimidit Ursas  
 Fluminis instar, lubricus anguis.  
 Magnoque minor iuncta Draconi  
 Frigida duro Cynosura gelu  
 Custosque sui tardus planstri  
 Iam non stabilis ruet. ~ctophylax.  
 Nos etanto uisi, populo  
 Digni, premeret quos euerso

L. AN<sup>E</sup> SENECAE.

Cardine mundus.

In nos ætas ultima uenit.

Onosdura sorte creatos,

Seu perdidimus solem miseri,

Sive expulimus.

Abeant questus, discede timor:

Vitæ est anidus, quisquis non uult

Mundo secum pereunte mori.

ACTVS Q VINTVS.

ATREV.S. solus.

Trimetri Lambici.

A Equalis astris gradior, & cunctos super

Altum superbo vertice attingens polum,

Nunc decora regni teneo, nunc solium patris.

Dimitio superos: summa votorum attigi.

Bene est, abunde est, iam sat est etiam mihi.

Sed cur satis sit? pergam, & implebo patrem

Funere suorum, ne quid obstatet pudor.

Dies recessit: perge, dum cœlum vocat.

Vt inam quidem tenere fagientes Deos

Possent, & coactos trahere, ut viricem dapem

Omnies

Omnes viderent: quod sat est, videat pater.  
 Etiam die nolente discutiam tibi  
 Tenebras, miserie sub quibus latitant tuæ.  
 Nimi diu conuina securō iaces,  
 Hilariq; vultu iam satis mensis datum est,  
 Satisq; Baccho: sobrio tanta ad mala  
 Opus est Thyeste. turba familiaris fores  
 Templi relaxa: festa patesiat domus:  
 Libet videre, capita natorum intuens  
 Quos det colores. verba quæ primus dolor  
 Effundat, aut ut spiritu expulso stupens  
 Corpus rigescat: fructus hic operis mei est,  
 Miserum videre nolo, sed dum sit miser,  
 Aperta multa recta collucent face:  
 Resupinus ipse purpura, atque auro incubat,  
 Vino grauatum fulciens lœna caput,  
 Eructat. ome cœlitum excelsissimum,  
 Regumq; regem: vota transcendit mea:  
 Satur est, capaci dicit argento meram.  
 Ne parce potu, restat etiam nunc cruor  
 Torhostiarum: veteris hunc Bacchi color  
 Abscondit: hoc hoc mensa claudatur scypho:

L. AN. SENECAE.

Mistum suorum sanguinem genitor bibat

Meum bibisset. ecce iam cantus ciet,

Festasque uoces, nec satis menti imperat.

THYESTES.

Anapæstici.

Pectora longis hebetata malis

Iam sollicitas ponite curas:

Fugiat mœror, fugiatque pauor,

Fugiat trepidicomes exiliij

Tristis egestas, rebusque gravis

, Pudor afflictis. Magis undecadas

, Quam quo, refert, magnum, ex alto

, Cilmine lapsum, stabilem in plano

, Figere gressum. magnum, ingenti

, Strage malorum pressum, fracti

, Pondera regni non inflexa

, Ceruice pati: nec degenerem

Victumque malis rectum impositas

, Ferre ruinas. sed iam saui

I Nubila fati pelle ac miseri

Temporis omnes dimitte notas:

Redeant uultus ad lætaboni.

{eterem

Veterem ex animo mitte I hyesten.

Proprium hoc misero : sequitur uitium,

Nunquam rebus crederelatis.

Redeat felix fortuna licet,

Tamen afflictos gaudere piget.

Quid me reuocas, festumq; vetas

Celebrare diem? quid flere iubes

Nulla surgens, dolor ex causa?

Quis me prohibet flore recenti

Vincire comam? prohibet, prohibet.

Verna capitifluxere rosa:

Pingui madidus crinis amomo

Inter subiros stetit horrores.

Imber vultu nolente cadit.

Venit in medias voces gemitus,

Væror lacrymas amat assuetas.

Flendi miseris dira cupido est.

Libet infauscos mittere questus:

Libet Tyrio saturas ostro

Rumpere vestes: vulnare libet.

Mittit luctus signa futuri

Mens ante sui prælaga mali.

L. A N. S E N E C.

Instat nantis fera tempestas,

Cum sine vento tranquilla tument.

Quos tibi uultus, quos ue tumultus

Fingis demens? credula præsta

Pectora fratri: iam quicquid id est.

Vel sine causa, uel serò times.

Nolo infelix, sed uagus intrà

Terror oberrat: subitos fundunt

Oculis fletus, nec causa subest.

Dolor, an metus est? an habet lachrymas

Magna voluptas?

A T R E V S. T H Y E S T E S.

Trimetri Iambici.

E stum diem germane consensu pari

Celebremus, hic est sceptra qui firmet mea.

Solidamque pacis alliget certæ fidem.

T H Y . Saties dapis me, nec minus Bacchi tenet.

Augere cumulus hic uoluptatem potest.

Si cum meis gaudere felici datur.

A T R . Hic esse natos crede in amplexu patris.

Hic sunt, eruntque nulla pars prolis tua.

Tibi subtrahetur ora, quæ ex opias dabo,

— et totumq;

Totumque turba iam sua impletbo patrem,  
 Satiaberis, ne metue: nunc miseri meis  
 Iucunda mensa sacra iuuenilis colunt,  
 Sed accipientur: poculum infuso cape  
 Gentile Baccho. T H Y . Capio fraterna dapis  
 Donum, paternis uinalibentur Deis,  
 Tunc hauriantur: sed quid hoc? non uult manus  
 Parere: crescit pondus, & dextram grauat.

Admotus ipsis Bacchus à labris fugit,  
 Circaque rictus ore deceptio effluit:  
 Et ipsa trepido mensa subsiluit solo.  
 Vix lucet ignis: ipse quin æther grauis  
 Inter diem noctemque desertus stupet.

Quid hoc? magis magisque concus: i labant  
 Cœnæxa cœli: spissior densis coit  
 ligo tenebris, noxque se in noctem abdidit:  
 ugit omne fidus: quidquid est fratri precor  
 Gnatisque parcat: omnis in uile hoc caput  
 Abeat procella. redde iam natos mihi.

A T R. Reddam, & tibi illos nullus eripiet dies.  
 T H Y . Q uis hic tumultus uiscera exargitat mea?  
 Quid tremuit intus, sentio impatiens onus,

L. AN. SENECAE.

Meumq; gemitu non meo pectus gemit.

Adeste gnari genuor infelix vocat,

Adeste, visis fugiet hic vobis dolor.

Vnde obloquuntur? ATR. Expedi amplexus pater,

Venere:gnatos ecquid agnoscis tuos?

THY. Agnosco fratrem, sustinestantum nefas

Neglectare tellus? nos ad infernam Styga.

Te, nosq; mergi? rupta T'ingentia

Ad chaos inane regna cum rege abripi?

Non rata ab imo tecta conuellens solo

Vertis Mycenas? stare circa Tantalum,

Aur q; nostros si quis intra Tartara est.

Vterq; iam debuimus hinc compagibus

Ei hinc renulsis, huc tuam immanis inu-

Demitte vallem, nosq; de fossos tege

Acheronte tuo:noxiae supra caput

Animæ vagentur nostrum. T'ardentifredo

Phlegethon arenas igneus rotas a gens,

Exitia supra nostra violentus fluat.

Immota tellus pondus ignauum iaces?

Fugere superi. ATR. At accipe hos potius libens,

Recipe hospitium: liberu tandem tuis

Diu experitus nulla per fratrem est moras  
Fruere osculare diuide amplexus tribus.

THY. Hoc fœdus? haec ē gratia? haec fratriis fides?  
Sic odia ponis? non peto incolumes pater

Natos ut habeam: scelere quod saluo dari,  
Odiq; posse, frater hoc fratrem rogo:

Sepelire liceat redde quod cernas statim

Vri: nihil te genitor habiturus rogo,

Sed perditurus. ATR. Quidquid ē natis tuis  
Supereft, habibi: quodq; non supereft, habes.

THY. Vtrum ne senuis pabulum aliibus iacent?  
An belluis seruantur? an pascunt feras?

ATR. Epulatus ipse es impia natos dape.

TY. Hoc est Deus quod puduit: hoc egit diem  
ersum in ortus, quas miser voces dabo?  
uestusq; quosque verba sufficient mihi?  
scissa cernocapita, & annulsa manus,  
trupta fractis cruribus vestigia.

Hoc est, quod audiens capere non potuit pater.

Voluuntur intus viscera, & clausum nefas  
Sine exitu luctatur, & quarit viam.

Da frater ensem: sanguinis multum mei

L. AN. SENECAE.

Habet ille: ferro liberis demus uiam.

Negat urensis? pectora illiso sonent

Concussa planctu: sustine infelix manum.

Parcamus umbris. tale quis uidit nefas?

Quis inhospitalis Caucasif rupem asperans

Heniochus habitas? quis ue Cecropijs metus

Terris Procuſtes? genitor en natos premo,

Premorque natis. sceleris est aliquis modus?

, ATR. Sceleri modus debetur, ubi facias scelus.

, Non ubi reponas: hoc quoque exiguum est mihi.

Ex vulnere ipso sanguinem calidum in tua

Diffundere ora debui, ut uiuentium

Biberes cruentem: uerba sunt iræ data

Tum propero. Ferro uulnera impresso dedi,

Cecidi ad aras, cæde votiva focos

Placaui, & artus corpora ex anima amputans

In parua carpsi frusta, & hæc feruentibus

Demersi ahenis, illa lentis ignibus

Stillare iussi: membra, nervosque abscidi

Vuentibus, gracilique traieco ueru

Mugire fibras vidi, & aggredi manu

Mea ipse flammas: omnia hæc melius pater

Fecisse potuit, cecidit incassum uox.

Scidit

ore natos impio, sed nesciens,  
 scientes. THY. Clausa littoribus vagis  
 E, maria, vosq; Di⁹ audite hoc scelus,  
 para⁹ mque diffugistis, audite inferi,  
 temp⁹ terræ, noxque Tartarea grauis  
 Jui Polube, uocibus nostris uaca.  
 enix̄e, relic⁹tus, sola tu miserum uides.  
 tur ⁊ re sine astris, uota non faciam improba⁹  
 quiritib⁹ precabor: ecquid iam potest  
 è med⁹ se? uobis uota prospicient mea.  
 d.i. Rme cœli rector, etheriæ potens  
 à nūtor aulæ, nubibus totum horridis  
 tue mundum, bella uentorum undique  
 itte, & omni parte violentum intona,  
 jue, non qua recta, & immeritas demos  
 et is minore, sed qua montium  
 temina moles cecidit, & qui montibus  
 rabant pares gigantes: hæc arma expedi,  
 Ignesque torque, uendica amissum diem.  
 Iaculare flamas, lumen exemptum polo  
 Fulminibus exple: causa, ne dubites diu,  
 Virtusque mala, minus, mala sit mea:  
 Me pete: triſulco flammeam telo facem

L. AN. SENECAE.

Per peccatus hoc transmitte: sinatos pater

Hamare, & igni tradere extremo volo,

Ego sum cremandus: si nihil superos munet,

Nullumq; telis impios numen petit,

Aeterna nox permaneat, & tenebris tegat

Immensa longis seculis nil Titan queror

Si perseueras. ATR. Nunc mea laudo man,

Nunc parta vera est palma: perdidera m sce

Nisi sic doleres: liberos nasci mihi

Nunc credo, castis nunc fidem reddo toris

THY. Quid liberi meruere? ATR. Qui

THY. Natus pareti? ATR. Fato, et qd m

Cerios. THY. Piorum praesides testor Deos.

ATR. Quid congales? THY. Scelere quis pi

ATR. Scio quid queraris, scelere præcepto dol

Nec quid nefandas hauseris tangit dapes.

Quid non pararis: fuerat hic animus tibi,

Instruere similes in scio fratri cibos,

Et adiuuante liberos matre aggredi,

Similiq; leto sternere: hoc num obstat it,

Tu os pia asti. THY. V indices aderunt Dei,

Iis puniendum vota te tradun*t* mea.

ATR. Iepuniendum liberis trado tuis.

TRQ. A.

TRAGOEDIA SEXTA.  
ARGUMENTVM.

Excisa deletaq; Troia, Græcis in patriam redire  
 parantibus, appari. ut Achillis umbra quem Paris in  
 templo Apollinis interficerat. Ea moruit. ut manes  
 sui Polyxenæ puella regie victimæ placaretur, cuius  
 enixè, dum viueret, connubium expetebat. Primū igit  
 tur Troiae scuū desletur excidium: mox ab Ulysses in  
 quiritur Astyanax puer, Hectoris filius, ut tollatur  
 è medio, nequid superfit reliquiarū ad Ilium vindicari  
 d.i. Reperto demū puerō, abductaq; puella, ut referitur  
 à nūtio, ea quidē in Sigæo ad tumulū Achilli macta  
 tur. at ille præcipitatur e turri. Referatur assensum  
 idcirco, quod horrenda minime actitantur in  
 scena sed tantummodo recitatur.

## INTERLOCUTORES.

HECUBA. PYRRHVS.

CHORVS. mulierum. ANDROMACHA.

TALTHYBIVS. SENEX.

AGAMEMNON. VLISSES.

CALCHAS. ASTYANAX.

HELEN. NVNIIVS.

D. iiiij ACTVS

L. AN. SENECAE.  
ACTVS PRIMVS.

HECVBA.

Trimetri iambici.



VICVNQVE regno fudit, &  
magna potens  
Dominatur aula. nec leues metuit  
deus,

Animumque rebus credulum laris dedit,  
Me videat, O te Troia: non unquam rulie  
Documenta fors maiora, quam fragili loco  
Starent superbi columen eversum occidit  
Pollenitis Asiae, cælitum egregius labor:  
Adjcuius arma uenit, & qui frigidum  
Septena Tanain ora pandentem bibit,  
Et qui renatum prorsus excipiens diem  
Tepidum rubenti Tigrin immiscet fretos:  
S: quæ uagosuicina prospiciens Scythes  
Ripam cateruis ponticam uiduis ferit.  
Excisa ferro est, Pergamum incubuit sibi.  
En altamuri decora congesti iacent:  
Tectis adustis regiam flammæ ambiunt:

Omnisque

Omnisque late fumat Assarac idomus.  
 Non prohibet audas flamma uictoris manus,  
 Diripitur ardens Troia, nec coelum patet  
 Vnde fumo, nube ceu densa ubsitus  
 Ater fauilla squaler Iliaca dies.  
 Stat audus ira victor, & lentum Ilium  
 Metitur oculis, ac decem tandem ferus  
 Ignoscit annis; horret afflictam quoq;  
 Vicitamq; quamvis videat, haud credit sibi  
 Potuissevinci: spolia popularor rapit  
 Dardania, prædam mille non capiunt rares.  
 Testor deorum numen aduersum mihi,  
 Patriæq; cineres, teq; rectorum Phrygum,  
 Quem Troia toto conditum regnотegit,  
 Tuosq; manes, quodq; stetit ante Ilion,  
 Et vos meorum liberum magni greges  
 Vmbræ minores, quidquid aduersi accidit,  
 Quæcunq; Phœbas ore lymphato furens,  
 Credi deo uetante, prædixit mala,  
 Prior Hecuba uidi grauida, nec tacui metus,  
 Et vanauates ante Cassandram fui.  
 Non cantus ignes Ithacus, aut Ithaci comes

Nocturnus

L. AN. SENECAE.

Nosturnus in noctis sparsit, aut fallax sinon:  
Meus ignis iste est, facibus ardoris meis.

Sed quid ruinas urbis eversæ gemis

Vixx senectus? respice infelix ad hos

Luctus recente: Troia iam vetus est malum.

Vidi execrandum regiae cœdis nefas,

Ipsasq; ad aras maius admissum scelus

Acacide armis: cum ferox sonda manus

Coma reflectens regium torta caput

Altro refandam vulneri ferrum abdidit.

Quod penitus actum cum recepisset libens,

Ensi, sensiliu*t*inctus è iugulo redit.

Placare quem non potuit à cœde effera

Mortalis æuicardinem extremum premens,

Superiq; testes sceleris, & quoddam sacrum

Regni iacentis, ille tot regum parens

Caret sepulcro Priamus, & flamna indiget

Ardente Troia, non ramen superis sat est:

Dominum ecce Priami nurib., & natis legens

Soritur urna preda quem vilis sequar?

Hic Hectoris coniugia despendet sibi:

Hic opiat Helenicouingem, hic Antenoris.

Nec deest tuos Cassandra qui inhalamos petat,  
 Mea sorstimeratur: sola sum Danais metus.  
 Lamenta cessant: turba captiuæ mea  
 Ferite palmis pectora, & planetus date,  
 Et iusta Troie facite: iandudum sonet  
 Fatalis Idae Iudicis diri domus.

*CHORVS mulierum. HECVBA.*

*Anapestici versus.*

**N**on rude vulgus, lacrymisq; nouum  
 Lugere iubes: hoc continuis  
 Egimus annis, ex quo retigit  
 Phrygius Graias hospes Amyclas,  
 Secutq; fretum pinus matri  
 Sacra Cybele, decies niuibus  
 Canuit Ida, Ide nostris  
 Nudata rogis: & Sigæis  
 Trepidus campis decies secuit  
 Messor aristas: ut nulla dies  
 Mærore caret, sed noua fletus  
 Causa ministrat, ite ad planetus,  
 Miseramq; leua regina manum,  
 Vulgus dominam vile sequemur:

*Non*

L. A.N. SENECAE

Non indociles lugere sumus.

HEC. Fidæ casus nostriconites

Soluire crimen, per colla fluane

Mæsta capilli, rapido Troiae

Puluere turpes: paret exertos

Turba lacertos, ueste remissa

Substringit sinu, uteroque tenuis

Pateant artus, cui coniugio

Pectora uelas captiue pudor?

Cingat tunicas palla solutas,

Vacer ad crebri verbera planctus

Furibunda manus, placet hic habitus,

Placet, agnosco Troada turbam.

Iterum luctus redeant ueteres,

Solitum flendi uincite morem,

Hectora flemus.

CHO. Soluimus omnes lacerum multo

inuere crimen: coma demissa est

Libera nodo, sparsitque cinis

Feruidus ora.

HEC. Complete manus: hoc ex Troia

Sumpsiſſelicer: cadat ex humeri.

Vestis

## T R O A S .

33

Vestis apertis, utrumque tegat  
 Suffulta latus: iam nuda vocant  
 Pestora dextras, nunc nunc uires  
 Exprime dolor: Rhætha sonent  
 Littora planctus, habitansque canis  
 Montibus Echo, non, ut solita est,  
 Extrema breuis uerba remittat,  
 Totos reddat Troiæ gemitus.

Audiat omnis pontus, & aether.  
 Sæuite manus, pulsu vasto  
 Tundite pectus, non sum solito  
 Contenta sono: Hectora flemus.

C H O . Tibi nostra feri dextra lacertos,  
 Humerosque ferit tibi sanguineos:  
 Tibi nostra caput dextera pulsat.  
 Tibi maternis ubera palmis  
 Laniata racent: fluit, & multo  
 Sanguine manat, quæcumque tuo  
 Funere feci, rupta cicatrix:  
 Columnen patriæ, mora fatorum.  
 Tu præsidium Phrygibus fessis,  
 Tu murus eras, humeris quæthis

Stetis

L. AN. : SENECAE.

Serit illa decem fulra per annos.

Tecum cecidit, summusq; dies

Hectoris idem, patriæq; fuit.

HEC. Vertite planetus, Priamo vestros

Fundite fletus: satis Hector habet.

CHO. Accipere elector Phrygiae planetus,

Accipe fletus bis capte senex:

Nil Troia semel te reget ulit.

Bis pulsari Dardana Graio

Mœnia ferro, bisq; pharetras

Passa Herculeas, post elatos

He, nbe partus, regnumque rugos

Postrema pater funera cludis,

Magnoque Ioni victima cæsus

Sigæa premis littora truncus.

HEC. Alio lacrymas flectite vestras.

Non est Priami miseranda mei

Mors Iliades: felix Priamus

Dicite cunctæ: liber manes

V adit ad imos, nec feret unquam

V incita Graium ceruice iugum.

Nun ille duos videt Atridas,

Nee

## T R O A S.

13

Nec fallacem cernit Vlyssem.  
 Non Argolicipræda triumphi  
 Subiecta feret colla trophyis,  
 Non assuera ad sceptra manus  
 Post terga dabit, currusq; sequens  
 Agamemnonios aurea dextra  
 Vincula gestans  
 Læsis sic pompa Mycenis.

C H O. Felix Priamus, dicimus omnes:  
 Secum excedens sua regna tulit.

Nunc Elysij nemoris tutus  
 Errat in umbris, interq; pias  
 Felix animas Hectora querit.

Felix Primus: felix quisquis  
 Bello moriens, omnia secum  
 Consumpta videt.

ACTVS SECUND VS  
TALTHYBIVS. CHORVS.

Trimetri Iambici.

Q Vam longa Danais semper in portu mora,  
 Seu petere bellum, petere seu Patriam volunt.

CHO.

L. AN. SENECÆ.

CHO. Quæ causa ratibus faciat, et Danaismorat,  
Effare, reduces quis Deus claudat mas.

TAL. Pauet animus: artus horridus quassat tremor.  
Maiora ueris monstra vix capiunt fidem.

Vidi ipse, uidi, summa iam Titan iuga  
Stringebat, ortus uicerat noctem dies,  
Cum subitò cæco terra mugitu fremens  
Concussa cæco straxit ex imo sonos.

Mouere sylue capita: & excelsum nemus  
Fragore uastotonuit, & lucus sacer.

Idæa ruptis saxa ceciderunt iugis:  
Nec sola tellus tremuit, & pontus suum  
Adesse Achillem sensit, ac strauit uada.  
Tunc scissa tellus aperit immensos specus,  
Et hiatus Erebi, peruum ad superos iter  
Tellure fracta præbet, ac tumultum leuat.

Emicuit ingens umbra Thessalici ducis,

Hreicia qualis arma præludens tuis  
Iam Troia fatis strauit: aut Neptunium  
Cananitem perculit iuuenem coma:  
Aurum cum inter acies Marte violento furens  
Corporibus amnes clausit, & querens iter

Tardus

Tardus cruento Xanthus errauit vado:  
 Aut cum superbo victor in currus letit,  
 Egitque habenas, Hectorem, & Troiam trahens,  
 Impleuit omne littus irati sonus:  
 Ite, ite inertes, debitos manibus meis  
 Auferte honores: soluite ingratas rates  
 Per nostra iurum maria: non paruo luet  
 Iris Achillis Græcia, at magno luet.  
 Desponsa nostris cineribus Polyxena  
 Pyrrhi manu mactatur, & tumulum riget.  
 Haec fatus alta voce, dimisit diem,  
 Repetensque Ditem, mersus in gentem specum  
 Coeunte terra iunxit: immori iacent  
 Tranquilla pelagi, ventus abiecit minas,  
 Placidumque fluctu murmurat leni mare,  
 Triton ab alto cecinit Hymenæum choro.  
**P Y R R H V S . A G A M E M N O N . C A L C H A S .**

## Trimetri Iambici.

**C**um lœta pelago vela redditurus dares,  
 Excidit Achilles? cuius unius manu  
 Impulsa Troia corruit tandem solo,  
 Breui repensans quidquid adiecit moræ

L. AN. SENECÆ.

Scyros: fretumq; Lesbos Aegæum secans:  
Ilo remoto, dubia quò caderet stetiit.  
Velas licet, quod petitur, ac properes dare,  
Serò es daturus: iam suum cuncti duces  
Tulere pretium, quæ minor merces potest  
Tantæ dari virtutis: an is meruit parum?  
Qui fugere bellum iussus, & longa sedens  
Aeum senecta degere, ac Pylijenis  
Transcendere annos exuit matris dolos,  
Falsasq; vestes, fassus est armis virum?  
In hospitali Telephus regno impotens,  
Dum Mysiae ferocis introitus negat,  
Hudem cruento regio dextram imbuit,  
Fortemq; eandem sensit, & mitem manum.  
Cecidere Thebae, vidiit Eetion capi  
Sua regna victus, clade subuersa est pari  
Apposita celso parua Lyrnesos ingo,  
Captaq; tellus nobilis Briseide,  
Et causa litis regibus Chryse iacet.  
Et nota fama Tenedos, & quæ pascuo  
Fœcunda pingui Thracios nutrit greges,  
Et sacra Phabo Cilla, quid, quæ alluit

Vernis Cacus gurgitem attollens aquis?  
 Hec tanta clades gentium, ac tantus paor,  
 Sparso tot urbes turbinis vasti modo,  
 Alterius est gloria, ac summum decus,  
 Iter est Achilli: sic meus venit pater,  
 Et tanta gesse bella, dum bellum parat.  
 Ut alia fileam merita, non unus satis  
 Hector fuissest? Ilium vicit pater,  
 Vos diruistis, inclyras laudes iuuat  
 Et clara magnifica genitoris sequi.  
 Iacuit peremptus Hector ante oculos patris,  
 Patruiq; Memnon: cuius ob lucentum parens  
 Pallente mastum protulit vultu diem,  
 Suiq; Victor operis exemplum horruit,  
 Didicitq; Achilles, & Deis natos mori.  
 Tum versa Amazon viimus cecidit timor.  
 Debes Achilli, merita si dign' estimas,  
 Et si Mycenis virginem, atq; Argis petas:  
 Dubitatur etiam placita nec subito probat:  
 Priamiq; natam Pele inato ferum  
 Mactare credis? at tuam natam parens  
 Helenae immolasti solita iam & facta expeto.

E ij AGA,

L. AN. SENECAE.

AGA. Iuvenile vitium est regere non posse imperium.  
Aetatis aliosferuor hic prime rapit,  
Pyrrhum paternus: spiritus quondam truces,  
Minasq; tamidi lentus Aeacidæ tuli.  
Quo plura possis plura patienter feras.  
Quid cæde dira nobiles clari ducis  
Aspergis umbras? noscere hoc primum decet,  
Quid facere victor debeat: vicitus pati:  
Violenta nemo imperia continuit diu,  
Moderata durant: quoque fortuna altius  
Euexit ac leuauit humanas opes,  
Hoc se magis suppressere felicem decet,  
Variosque casus tremere metuentem Deos  
Nimium fauentes magna momento obrui  
Vincendo didici. Troia nostumidos facit  
Nimium, ac feroce: stamus hoc Danai loco,  
Vnde illa cecidit. fateor, aliquando impotens  
Regno ac superbus altius memet tuli,  
Sed fregit illos spiritus haec. quæ dare  
Potuisset alijs causa. fortunæ fauor  
Tu me superbum, Priame, tu timidum facis.  
Ego esse quidquam sceptra, nisi vanoputem

Fulgore

Fulgore rectum nomen? & falso comam  
 Vinclo decentem? casus hæc rapiet breuis,  
 Nec mille forsan ratibus aut annis decem,  
 Non omnibus fortuna tam lenta imminet.  
 Evidem fatebor (pace dixisse) huc tua  
 Argiuæ tellus liceat affligi Phrygas  
 Vincique volui: ruere, & aquari solo  
 • Etiam arguisse: sed regi frenis nequit  
 • Et ira, & ardens hostis, & victoria  
 • Commissa nocti: quidquid indignum, aut ferum  
 Cuiquam videri potuit, hoc fecit dolor,  
 Tenebræque, per quas ipse se irritat furor,  
 Gladiusque felix, cuius infecti semel  
 Vecors libido est. quidquid eversæ potest  
 Superesse Troïæ, maneat: exactum satis  
 Pœnarum, & ultra est. regia ut virgo occidat,  
 Tumuloque dono detur, & cineres riget,  
 Et facinus atrox cædis, ut thalamos vocem,  
 Non patiar. in me culpa cunctorum redit:  
 • Quin non vetat peccare, cum possit, iubet.  
 PYR. Nullum ne Achilli premium manes ferent?  
 AGA. Ferent: & illum laudibus cuncti canent,

L. AN. SENECAE.

Magnum p̄ terræ nomen ignotæ audient.

Quod si leuatur sanguine infuso cinis,

Opima Phrygij colla cædantur gregis,

Fluarq; nullis lebilis matri crux.

Quis iste mos est? quando inferias homo est

Impensus homini? detrahe inuidiam tuo

Oltumq; patri, quem colipœna iubes.

PYR. Otamide, rerum dum secundarum status

Extollit animos: timide, cum increpuit merus,

Regum Tyranne: iam ne flammatum geris

Amore solito peccus, ac Veneris noua?

Sol: s ne roties spolia de nobis feres?

Hac dextra Achilli victimam reddam suam:

Quam si negas, retinesq; maiorem dabo.

Dignamq; quam det Pyrrhus: & nimium diu

A cæde nostra regia cessat manus:

Paremq; poscit Priamus. AGA. Haud equidem nego

Hoc esse Pyrrhi maximum in bello decus,

Sæuo peremptum en se quod Priamus iacet

Supplex paternus. PYR. Suplices nostri patris.

Hostesq; eosdem nouimus: Priamus tamen

Presens rogauit, tu grani pauidus metu

Nee

Nec ad rogandum fortis, Aiaci preces,  
Itha coque mandas, clusus atque hostem tremens.  
AGA. At non timebat tunc tuus, fareor, parentes.  
Interque cædes Grætiæ, atque vstas rates  
Segnis iacebat, belli & armorum immemor,  
Leui canoram verberans plectro chelyn.

PYR. Tunc magnus Hector arma contemnens tua  
Cantus Achilis timuit & tanto in metu  
Naualibus pax alta Thessalicis fuit.

AGA. Nempe iisdem in istis Thessalibus naualibus  
Pax alta rursus Hectoris patrifuit.

• PYR. Est regis altissimum regidare.

AGA. Cur dextra regis spiritum eripuit tua?

• PYR. Mortem misericors sepe pro vita dabit.

AGA. At nunc misericors virgines busto petis.

PYR. Iam ne immolari virgines credis nefas?

• AGA. Præferre patriam liberis regem decet.

• PYR. Lex nulla capio parcit, aut pœnam impedit.

• AGA. Quod non vetat lex, hoc vetat fieri pudor.

• PYR. Quodcumque libuit, facere victori licet.

• AGA. Minimum decet libere, cui multum licet.

• PYR. Iis ista iactas, quos dæcem annorum grani

L. AN. SENECAE

Regio subacto<sup>s</sup> Pyrrhus excoluit iugo? (caret.

AG. Hos Sciro<sup>s</sup> animos? PY. Scelere quæ fratribus

AG. Inclusa fluctu. PYR. Nempe cognati maris.

Atrei. T<sup>r</sup> Thyestæ nobilem noui domum.

AGA. Ex uirginis concepte furtuo stupro,

Ere<sup>t</sup> Achille nate, sed nondum viro.

PYR. Illo ex Achille: genere qui mundum suo

Sparsus per omnem cœlum regnum tenet:

Iheride æquor, umbras Aeaco, cœlum Ioue.

AGA. Illo ex Achille, qui manu Paridis iacet.

PYR. Quem nec Deoru<sup>m</sup> comminus quisquam perire.

AG. J. Compescere equidem verba, T<sup>r</sup> audace malo

Poteram domare: sed meus captis quoque

Sci parcer ensis; potius interpres Deum

Calchas vocetur, fata si poscunt dabo.

Tu qui Pelasgæ vincila soluisti rati.

Morasque bellis, arte qui reseras polum,

Cli viscerum secreta, cui mundi fragor,

Ere<sup>t</sup> stellæ longa semitam flamma trahens

Dant signa fari: cuius ingenti mihi

Mercede constant ora, quid iubeat Deus

Effare Calcha, nosque consilio rege.

CAL.

CAL. Dant fata Danais, quo solent, pretio viam.  
 Mactanda virgo est Iheſſali busto ducis,  
 Sed quo ingari Thessalæ cultu solent,  
 Ionides ve vel Mycenæ enurus.  
 Pyrrhus parenti coniugem tradat ſuo,  
 Sic rite dabitur: non tamen noſtrastenet  
 Hæc vna puppes cauſa: nobilior tuo  
 Polyxene cruore debetur cruor,  
 Quem fara querunt. turre de summa cadat  
 Priami nepos Hectoreus, & letum oppetat:  
 Tum mille velis impletat clafis freta.

## C H O R V S .

Choriambici Asclepiadei.

V Erum eſt? an timidos fabula decipit,  
 V mbras corporibus viuere conditiss?  
 Cum coniux oculus imposuit manum,  
 Supremusque dies ſolibus obſtitit,  
 Et tristes cineres vna coercuit,  
 Non prodest animam tradere funeri,  
 Sed reſtat miseriſ viuere longius?  
 An toti morimur? nulla que pars manet  
Noſtri, cum profugo ſpirituſ halitus

Immiftus

L. A N. S E N E C A E.

- Immistus nebulis cessit in aera,  
Et nudum terigit subdita fax latus?  
Quidquid sol oriens, quidquid occidens  
Nouit: cæruleis Oceanus fretis  
Quidquid vel veniens, vel fugiens lauat,  
Aetas Pegaso corripiet gradu.  
Quo biffena volant sidera turbine,  
Quocursu properat secula voluere  
Astrorum dominus, quo properat modo  
Obliquis Hecate currere flexibus,  
Hoc omnes petimus fata: nec amplius  
Iuratos superis qui terigit lacus,  
V squam est. Ut calidis fumis ab ignibus  
Vanescit spatium per breve sordidus:  
Ut nubes granidas quas modo vidimus,  
Arctoi Boreæ dissipat impetus:  
Sic hic, quo regimur, spiritus effluet.  
Post mortem nihil est, ipsaque mors nihil.  
Velocis spatij meta nouissima.  
Spem ponant audi, solliciti metum.  
Quæris quo iaceas post obitum loco?  
Quo non rata iacente

Tempus

Tempus nos audiū deuorat, & chāos.  
 Mors indiuidua est noxia corpori.  
 Nec parcens animæ, Tænara, & aspero  
 Regnum sub domino, limen & obsidens  
 Custos non facili Cerberus ostio,  
 Rumores vacui, verbaque inania,  
 Et pars sollicito fabula somnio.

A C T U S T E R T I V S.

A N D R O M A C H A . S E N E X .

V L Y S S E S .

Trimetri Lambici.

**Q**uid mœsta Phrygia turba laceratis comas?  
 Miserrumque tunc & peclus effuso genas  
 Fletu rigatis, leuia perpeſe sumus,  
 Si flenda patimur. Ilium rubis modò,  
 Mihi cecidit olim, cum ferus curru incito  
 Mea membra raperet, & graui gemeret sono  
 Peliacus axis pondere Hectorē tremens,  
 Tunc obruta, atque euersa Troia concidit.  
 Torpens malis, regensque sine sensu feror.

Iam

L. AN. SENECAE.

Iam erpta Danais coniugem sequerer meum  
Nisi hic teneret: hic meus animos domat.

Morique prohibet: cogit hic aliquid Deos  
Adhuc rogare: tempus ærumnæ addidit.

Hic mihi malorum maximum fructum abstulit,  
Nil timere, prosperis rebus locus  
Ereptus omnis dira, quæ veniant, habent.

Miserrimum est timere, cum spes nihil

SEN. Quis te repens commouit afflictam metus?

AND. Exoritur aliquid maius ex magno malum.  
Non dum ruentis Hyl fatum sterit.

SEN. Ecquas reperiet, ut velit, clades Deos?

AND. Stigij profundi claustra, & obscuris specus  
Inveniuntur, & non esit euersis metus,

Hostes ab imo conditi tumulo exeunt,

Solis ne retro pergium est Danais iter?

Cerè & aqua mors est, turbat, atque agitat Phrygas

Communis iste terror: hic propriè meum

Exterret animum noctis horrendæ sopor.

SEN. Quæ visa portent, effe in medium, metus.

AND. Partes ferè nox alma transierat duas,

Clarumque sepiem verterant stellæ ingum,

Ignora

Ignorat tandem venit afflictæ quæs,  
 Brevisque fessis somnus obrepit genis:  
 (Si somnus ille est mentis attonitæ stupor?)  
 Cum subito nostros Hector ante oculos sterit,  
 Non qualis vltro bella in Argivos ferens,  
 Graias petebat facibus Idæis rates.  
 Nec cæde vasta qualis in Danaos furens  
 Vera ex Achille spolia simulato tulit.  
 Non ille vultus flammœum incendens iubar,  
 Sed fessus, ac deiectus, & fletu grauis,  
 Similisq; nostro squalida obrectus coma:  
 Iuuattamen vidisse: tum quassans caput,  
 Depelle somnos, inquit, & natum eripe  
 Ofida coniux: lateat hæc una est fulus.  
 Omitte fletus: Troia quod cecidit gemis?  
 Vtinam iaceret tota: festina amoue.  
 Quocunq; nostræ parualam stirpem domus.  
 Mihi gelidus horror ac tremor somnum excutit.  
 O culosq; nunc huc pauida, nunc illuc ferens,  
 Oblita natimisera quæsiui Hæctorem.  
 Fallax per ipsos vmbra complexus abit.  
 Onate magnicerta progenies patris,

Spes

L. AN. SENECAE.

Spes vna Phrygibus, vnicā afflūtē domus,

Veterisque soboles sanguinis nimium incliti,

Nimiumque patri similis: hos vultus meus

Habebat Hector, talis incessu fuit,

Habituque talis, sic tulit fortes manus,

Sic celsus humeris, fronte sictorua minax,

Ceruice fusam dissipans lata comam.

Quare sero Phrygibus, ac matri curio,

Erit ne tempus illud, ac felix dies

Quo Troici defensor, & vindex soli,

Recidiua ponas Pergama, & sparsos fuga

Cive reducas: nomen & patriæ suum,

Phrygibusque reddas: sed meis fati immemor

Tan magna tenebro vora: quod captis sat est,

Viuamus, heu me, quis locus fidus meu

Erit timori: quae te sede oculam?

Arx illa pollens opibus, & muris deum,

Centes per omnes clara & imuidiae capax,

Nunc puluis altus, strata sunt flama omnia,

Superestq; vasta ex urbe ne tantum quidem,

Quolaret infans, quem locum fraudi legam?

Est tumulus ingens coniugi charo, sacer:

Kerendus

Verendus hosti mole quem immensa parens,  
 Opibusque magnis struxit in luctus suos  
 Rex non avarus: optine credam patri.  
 Sudor per artus frigidus totos cadit.  
 Omen tremis comisera feralis loci.

, SEN. Hæc causa multos vna ab interitu arcuit  
 , Credi perisse: vix spei quidquam est super.

Graue pondus illum, magna nobilitas premit:

AND. Ne prodat alius. SEN. Amoue testes dolii.

AND. Si queret hostis? SEN. Virbe in euersa perijt.

AND. Quid proderit latuisse reddituro in manus?

, SEN. Victor feroce impetus primos habet.

, AND. Quid quod latere sine metu magno nequit?

, SEN. Miser occupet præsidia, selatus legat.

AND. Quis te locus, que regio seducta, iniuria  
 Tuto reponet? quis feret trepidis opem.

Quis protegeret? qui semper, etiam nunc tuos

Hector tuere, coniugis furtum pice

Serua, fideli cinere vulturum excipe.

Succede tumulonare: quid retro fugis?

Turpesq; latebras spernis? agnusco indolem,

Pudet timere, spiritus magnos fuge,

*Animosq;*

L. AN. SENECAE.

Animosq; veteres: sume, quos casus dedit.

En intuere, turba quæ simus super:

Tumulus, puer, captiva: cedendum est malis,

Sanctas parentis conditi sedes, age

Aude subire: fata si miseris iuuant,

Habes salutem: fata si vitam negant,

Habes sepulcrum. SEN. Clastra cōmīsum regūt,

Quem netus producat in medium timor,

Procul hinc recede, teq; diuersam amoue.

AND. Leuius solet timere, qui propius timeat.

Sed, si placet, referamus hinc alio pedem.

SEN. Cohibe parumper ora, questusq; opprime.

Gressus nefandos dux Cephalenum admouet.

AND. Dehinc tellus, tuq; coniux ultimo

Specu reuulsam scinde tellurem Stygis,

Sinu profundo conde depositum meum.

Adest Vlysses & quidem dubio gradu,

Vultuq; nec sit pestore astus callidos.

VLY. Dure minister sortis hoc primum pete,

Vt ore quamuis verba dicantur meo,

Non esse credas nostra: Graiorum omnium,

Procerumq; vox est, petere quos seras domos

Hectorea

## T R O A S :

Hectora soboles prohibet: hanc fata experunt.  
 Sollicita Danaos pacis incertæ fides  
 Semper tenebit: semper à tergo timor  
 Respicere coget: arma nec poni sinet  
 Dum Phrygibus animos natus euerfis dabit  
 Andromacha. AND. Vester augur hoc Calchas cas  
 VLY. Et si taceret augur hæc Calchas, tame<sup>c</sup> (uit)  
 Dicebat Hector, cuius & stirpem horreo.  
 Generosa in ortus semina exurgunt suos,  
 Sic ille magni parvus armenti comes.  
 Primisque nondum cornibus findens cutem,  
 Ceruice subito celsus, & fronte arduus,  
 Gregem paternum ducit, ac pecori imperat.  
 Quæ tenera cæso virga de trunc<sup>o</sup> .  
 Par ipsa matri tempore exiguo subit,  
 Vmbrasquè terris reddit: & cælo nemus.  
 Sic male relictus igne de magno cinis  
 Vires resumit. est quidem iniustus dolor  
 Rerum estimator; si tamen tecum exigas,  
 Veniam dabis. quod bella post annos decem,  
 Toridemque mensis iam senex miles iimet:  
 Aliasque clades rursus, ac nunquam bene

L. AN. SENECÆ.

Troiam iacentem magna res Danaos mouet

Futurus Hector liberanos hoc metu,

Hæc una naues causa deducetas tenet,

Hic classis heret ne uc crudelēm putas

Quod forte iussus Hectoris natum petam.

Petissem Orestem patere quod Victor tulit.

AND. Vtina quidem essem nata materna in manus

Noſtemque, quiste casus ereptum mihi

Teneret, aut quæ regio: non hostilibus

Confoſsa telis pectus, aut vincis manus

Secanribus præstricta, non acri latus

Vtrinque flamma cincta, maternam fidem

Vnquam exuſsem nata quis tenunc locus,

Fortuna quæ posset edit? errore aui

Vagus arua lustras, vastus an patriæ vapor

Corripuit artus? ſænus an Victor tuo

Iufit cruento? nunquid immanis feræ

Morsu peremptus pascis Ideas aues?

VLY. Simulara remoue verba, non facile est tibi

Decipere Vlyſsem, vicimus matrum dolos,

Eriam dearum: cassa consilia amone.

Vbi natus est? AND. Vbi Hector? Vbi cuncti Phry

Cges?

Vbi

*Vbi Priamus? Vnum quæris, ego quero omnia.*

*VLY. Coacta dices, sponte quod fari abnus.*

*AND. Tuta est, perire quæ potest, debet, cupit.*

*VLY. Magnifica verba mors propè admorare excutie.*

*AND. Si vis Vlyssē cogere Andromacham metu,*

*Vitam minare, nam mori votum est mihi.*

*VLY. Verberibus, igne, morte, cruciatu, eloquī*

*Quodcumq; celas adiget inuitam dolor,*

*Et pectore incondita arcana eruet:*

*Necessitas plus posse, quam pietas, soler.*

*AND. Propone flammas, vulnera, diras mali*

*Doloris artes, famem, senum sitim,*

*Variasq; pestes vndiq; , ferrum indurum*

*Visceribus vestis, carceris cæci lugē,*

*Et quidquid audet victor iratus tumens.*

*VLY. Stulta est fides, celare quod prodas statim.*

*Animos anullos mater admittis metus.*

*Hic ipse, quo nunc coniunax perstas, amor,*

*Consulere paruis liberis Danaos monet,*

*Post armatam longinqua, post annos decem.*

*Minus timerem, quos facis Chalcas metus*

*Si mihi timerem, bella Telemacho paras.*

L. AN. SENECAE.

AND. Immixtus lycsi gaudium, ac Danais dabo;  
Dandum est: fatere, quos premis luctus dolor.

Gaudete Atridae, tuque laetifica (ut soles)

Refer Pelasgis: Hectoris proles ubit.

VLY. Et esse verum hoc, qua probas Danais fide?

AND. Ita quod minari maximum Victor potest.

Contingat, & nefata maturo exitu

Faciliique soluant, ac mero condant solo,

Et patria tellus Hectorem leuiter premat,

Vel luce cassus, inter extinctos iacet,

Datusque tumulo debita exanimis tulit.

VLI. Expleta fata stirpe sublata Hectoris;

Solidamque pacem letus ad Danaos feram.

Quid agis Vlysse? Danaidae credent tibi?

Tu cui parenti? fingit an quidquam parens?

Nec abominandae mortis auspicium pauet?

Auspicia metuunt, qui nihil maius timent?

Fidem alligauit iureiurando suam.

Si peierat, timere quid grauius potest?

Nunc aduoca astus anime, nunc fraudes, dolos,

Et totum Vlysem: veritas nunquam later.

Scrutare matrem: moeret, illacrymat, gemit:

Et huc. & illuc anxious gressus refert,  
 Missasque voces aure sollicita excipit.  
 Magis hæc timet, quam moeret: ingenio est opus,  
 Alios parentes alloqui in luctu decet:  
 Tibi gratulandum est, misera quod nato cares,  
 Quem mors manebat sœua, præcipitem datum  
 Et turre, lapsis sola que muris manet:  
 AND. Reliquit animus membra, quatuntur labat.  
 Torpeque vincitus frigido sanguis gelu.  
 VLY. En tremuit, hac hac parte querenda est mihi,  
 Matrem timor detexit: iterabo metum.  
 Ite ite celeres, fraude materna abditum  
 Hostem Pelasginominis, pestem ultimam  
 Vbi cunque latitat, erutam in medium date:  
 Bene est, tenetur. perge, festina, attrahe.  
 Quid respicis? trepidasque? iam certè perit:  
 AND. Utinam timerem, solitus ex longo est meus  
 Dedisit animus serò quod didicit diu.  
 VLY. Lustrale quoniam debitum muris puer  
 Sacrum antecessit, nec potest vacem sequi  
 Meliore fato raptus: hoc Calchas ait  
 Modo piari posse reddituras rates,

L. A N. S E N E C A E.

Si placet vndas Hestoris sparsi cinis,  
Accumulus imo totus & quiesceret solo.

Nunc ille quoniam debitam effugit necem,  
Erit admonenda sedibus sacris manus.

AND. Quid agimus? animū distrahit geminus ri-  
Hinc natus, illinc coniugis charicinis, (mors:  
Pars vira vincit: restor immites Deus,  
Deosq; veros: coniugis manes mei.

Non aliud Hector in meonato mihi

Placere quam te, viuat ut possit tuos

Referre vultus. prorutus tumulo cinis

Mergeatur? ossa fluctibus spargi sinam

Disiecta vastis? potius hic mortem appetat.

Poteris nefandū cedidum mater neci

Videre? poteris celsa per fastigia

Missum rotari? potero, perpetiar, feram,

Iam non meus post fatae victoris manu

Iactetur Hector. hic suam poenam potest

Sentire, ad illum fata iam in tuto locant.

Quid fluctuaris? statue, quem poenae extrahasse

Ingrata dubitas? Hector est illinc tuus.

Erras, utrinque est Hector: hic sensu potens

Forsan

Forsan fururus Mtor extinetipatris.

Vt riq; parci noi potest, quidnam facis?

Serua e diobus anime, quem Danai riment.

V L Y . Responfa peragan, funditus busta cruentum.

A N D . Quæ veditistis? V L Y . Perga, & è summo  
Trahæ sepulcra. A N D . Cæliu apellu fidè. (aggre-

Fidemq; Achillis, Pyrrhe genitoris tui

Munus tuere. V L Y . Tumulus hic compostatim

Toro iacebit. A N D . Fuerat hoc prorsus nefas

Danais ira sum, templa violasti, deos

Etiam fauentes, busta transierat furor.

Resistam: inermes offeram armatis manus:

Dabit ita vires: qualis Argolicas ferox

Turmas Amazon stravit: aut q[ui] — — —

Percussa Mænas, Eni heo sylvas gradus

Armata thyrso terret, atq; exvers sue

Vulnus dedit, nec sensit: in medios rhami,

Tumuloq; cineris socia defenso cadam.

V L Y . Cessatis? & vos flibilis clamor mouet?

Furorq; cassus fæminæ? iussa occus

Peragite. A N D . Me me sternite hic ferro prius.

Repelle. Auernum, rumpefatorum moras,

L. AN. SENECAE.

Molire terras Hector, ut Vlyssem domes.  
Vel umbras fatis es arma concusit manus,  
Iacularur ignes. cernitis Danai Hectorem?  
Ansola video? VLY. Eruite cuncta funditus.  
AND. Quid agis? ruina mater, & natu, & viru  
Prosternis vna. forsitan Danaos prece  
Placare poteris, conditum elidet statim  
Immane busti pondus: intereat miser,  
Vbi cunque potius, ne pater natum obruat,  
Prematque patrem natus, ad genua accido  
Supplex Vlysse, quamque nullius pedes  
Noue: dextram, pedibus admouco ruis:  
Miserere matris, & preces placidus piis  
Pariensque, quoque te celsum altius  
Superi leuarunt, mitius lapsos preme.  
Misero datur, quodcunque fortunæ datur.  
Sic te reuusat coniugis sanctæ torus,  
Annosque, dum te recipit, extendat suos,  
Laerta sic te iuuenis excipiat tuus,  
Et vota vincens vestra felici indole,  
Aerate auum transcendat, in genio patrem.  
Miserere matris: unicum afflictæ mihi

Solamen

Solamen hic est. VLY. Exhibenatum. Ergo ergo.

## A N D R O M A C H A .

Anapestici.

H Vc e latebris procede tuis  
 Flebile matris furtum misere.  
 Hic puer, hic est terror Vlysse  
 Mille carinis. submitte manus,  
 Dominique pedes supplice dextra  
 Stratus adora: nec turpe puta  
 Quidquid miseros fortuna iubet:  
 Pone ex animo reges atanos,  
 Magnique senis iura per omnes  
 Inclita terras: excidat Hector.  
 Gere capriuum, positoque genu,  
 Si tua nondum vulnera sentis,  
 Matrisfletus imitare tue.  
 V idit pueri regis lacrymas  
 Et Troia prior, paruusque mindas  
 Trucis Alcidæ flexit Priamus.  
 Ille ille ferox, cuius vastis  
 Viribus omnes ceſſere feræ.  
 Qui perfracto limine Diu,

L. AN. SENECAE.

Tacum retro patefecit iter.

Hostis parui victus lacrymis,

Suscipe, dixit, rector habens,

Patrioque sed celsus folio,

Sed scepsa fide meliore tene,

Hoc fuit illo victore capi.

Discite mites Herculis iras:

An sola placent Herculis arma?

Iacet ante pedes non minor illo

Supplice supplex, vitamque perit.

Regnum Troiae, quocunq; volet,

Furuna ferat.

VLYSSES. ANDROMA-

—  
ASTYANAX.

Trimeteri Iambici.

Mistris quidem memror attonita mouet,  
Magis Pelasgæ metamen matres mouent.

Quarum iste magnos crescit in luctus puer.

AND. An has ruinas verbis in cinerem datae

Hic excitabi? thæ manus Troiam erigent?

Nullas habet spes Troia, si tales habet.

Non sic iacemus Troess, ut cuiquam metus

PO  
RHS

Possimus esse, spiritus genitor facit?  
 Sed nempe tractus ipse post Troiam pater  
 Posuisset animos, magna quos frangunt mala.  
 Si poena peritur, quæ peri grauior potest?  
 Famulare collo nobili subeat iugum:  
 Servire liceat aliquis hoc regi negat?

V L Y . Non hoc V lysses, sed negat Calchas tibi.  
 AND, O machinator fraudis, ô scelerum artifex.  
 Virtute cuiusbellica nemo occidit:  
 Dolis, & astutia maleficæ mentis iacent,  
 Eriam Pelagi, ratem, & infantes deos  
 Pretendis? hoc est peccoris facinus tui  
 Nocturne miles, fortis in puerinecem.

I am solus audes aliquid, & clarod  
 V L Y . Virtus V lyssi nota Danais est satis,  
 Nimisq; Phrygibus, non vacat Vanis diem  
 Conterere verbis, anchoras classis legit.

AND. Breuem moram largire, dum officium parens  
 Nato supremum reddo, & amplexu ultimo  
 Auidos dolores satio. V L Y . Misererit ui  
 Utinam liceret: quod tamen solum licet,  
 Tempus, moramq; dabit, us arbitrio tuo.

Templere

L. AN. SENECAE.

Implere lacrymis: fletus ærumnas leuit.

AND. O dulce pignus, ô decus lapsæ domus,  
Summumque Troiæ funus, ô Danaum timor.  
Genitricis ô spes vana, cui demensego

Laudes parentis bellicas, annos aut

Medios precabar: vota destituit deus

Iliaca non tu sceptræ regali potens

Gestabis aula, iura nec populis dabis,

Victasque gentes sub tuum mittes iugum,

Non Graia cædesterga, non Pyrrhum trahes,

Non arma tenera parua tractabis manu,

Spargasque passim saltibus latis feras

Audax sequeris, nec statu lustri die

Uultus rejerens Troici lustri sacrum

Puer citatas nubilis turmas ages.

Non inter aras mobili velox pedes,

Hocante flexo concitos cornu modos,

Barbarica prisco templa salratu colles.

O morte dira tristius leti genus:

Flebilius aliquid Hectoris magni nece

Muri videbunt. VLY. Rumpe iam fletus parentis,

Magnus sibi ipse non facit finem dolor.

*AND.* Lacrymis Vlysse parua quā petimus, mora ē.  
 Concede paruos, ut mea condam manu  
 Viuentis oculos. occidis paruus quidem  
 Sed iam timendus: Troia te expectat tua,  
 I, vade liber, liberos Troas vide.

*AST.* Miserere mater. *AND.* Quid meos retines  
 Manusq; matris? cassa præsidia occupas? (sinus)  
 Tremitu leonis qualis auditotener

Timidum iuuenlus applicat matri latus.

At ille saeuus matre summora leo,

Prædam minorem morsibus vastis premens

Frangit, vehiqz: talis è nostro sinu

Te rapiet hostis: oscula, & fletus puer

Lacerosq; crines excipe, & plenuo

Occurre patri: pauca maternæ tamen

Perfer querelæ verba: si manes habent:

Curas priores, nec perit flammis amor:

Seruire Graio pateris Andromachen iugo

Crudelis Hector? lenius, & segnis iaces?

Rediit Achilles. sume nunc ierum comas,

Et sume lacrymas, quidquid ē misero viri

Funere relictum est: sume quæ reddas tuo

Oscula

L: A.N. SENECAE.

Oscula parenti, matris hanc solatio  
Relinque vestem, sumulus hanc terigit meus,  
Manesq; chari quicquid hic cineris latet,  
Scrutabor ore. VLY. Nullus est flendi modus,  
Abripi te propere classis Argolice moram.

C H O R V S.

Sapphici.

**Q**uae vocat sedes habitanda capras?

Thessali montes, & opaca Tempe?

An viros tellus dare militares

Aprior Pthies meliorq; factu

Fortis armenta lapidosa Trachis?

An maris vasti domitrix Iolchos?

[REDACTED] spartiosa Crete?

Parua Gortyne? sterilisq; Trice?

An frequens ruscis leibus Methone,

Quae sub Oetae islate brosa sylvis

Misit infestos Troi & ruinis

Non semel arcus?

Olenos rectis habitata raris?

Virginis Pleuros inimica diue?

An maris lati sinuosa Trazen?

Pelion regnum Protei superbum  
 Tertius cælo gradus? Hic recumbens  
 Montis exèsi spatiofus antro  
 Iam trucis Chiron pueri magister,  
 Tinnulas plectro feriente chordas,  
 Tunc quoq; ingentes acuebat iras  
 Bella canendo.  
 An ferax rari lapidis Carystos?  
 An premens littus maris inquieti  
 Semper Euripo properante Chalcis?  
 Quolibet vento faciles Echidna?  
 An carens nunquam Gonoessa vento?  
 Quæq; formidant Borean Enispæ?  
 Attica pendens Peparethos ora?  
 An sacris gaudens tacitis Eleusis?  
 Nunquid Aiacis Salamina veris?  
 An fera notam Calydonia sœua?  
 Quæsue perfundit subiurus æquor,  
 Segnibus terras Titaresos vndiss?  
 Belsan, & Scarphen? Pilon an senilem?  
 Pharin? an Pisam Ionis, & coronis  
 Tlida claram?

Quolibet

L. AN<sup>o</sup>. SENECAE.

Quolibet tristis miseras procella  
Mittat, & donet cuicunq; terræ:  
Dum luem tantum Troiae arq; Achiuis  
Quæ tulit Sparte, procul absit, absit  
Argos, & saui Pelopis Mycenæ,  
Neritos parua breuior Zacyntho,  
Et nocens saxis Ithace dolosis:  
Quod manet fatum, dominusq; quis te  
Aut quibus terris Hecuba videndam  
Ducet? in cuius morierere regno?

ACTVS Q VARTVS.

HELENA. ANDROMACHA.

HECVBA.

Trimetri Iambici.

Vicunque hymen funestus, illætabilis,  
Lamenta, cædes, sanguinem, gemitus habens  
Est auspice Helena dignus: euersis quoque  
Nocere cogor Phrygibus: ego Pyrrhi toros,  
Narrare falsos iubeor, ego cultus dare  
Habitusq; Graios: arte capietur mea.  
Meaq; fraude concider Paridis soror?

Fraude

Fraudetur, ipsi levius hoc equidem reors:  
 Optanda mors est, sine metu mortis mori.  
 Quid iussa cessas agere? ad autorem redit  
 Sceleris coacti culpa. Dardaniæ domus  
 Generosa virgo. melior afflictos deus  
 Respiceret cepit: seq; felici parat  
 Doctare thalamo: tale coniugium tibi  
 Non ipsa sospes Troia, non Priamus daret:  
 Nam te Pelasgæ maximum gentis decus  
 Ad sancta lecti iuralegitimi petit;  
 Cui regna campi lata I heffalici iacent.  
 Te magna Tethys, seq; tot pelagi deæ  
 Placidumq; numen æquoris tumidi I heffyss  
 Suam vocabunt: te datam Pyrrhoſ [REDACTED]  
 Peleus nurum vocabit. Nereus nurum.  
 Depone cultus squalidos festos cape.  
 Dedisce captam, deprime horrentes comas,  
 Crinemq; docta patere distingui manu.  
 Hic forsitan te casus excelsò magis  
 Solio reponet: profuit multis capi.  
 AND. Hoc deerat unum Phrygibus euersis malum  
 Gaudere, flagrant strata passim Pergama,

L. AN. SENECAE.

O coniugale tempus: an quisquam audeat  
Negare? quisquam dubius ad thalamos eat,

Quos helena suaderet: pestis, exitium, lues

Vt triusque populi: eernis hostumulos ducum?

Et nuda tota ossa quæ passim iacent

Inhumata campis: Hæc Hymen sparsit tuus:

Tibi fluxit Asiae, fluxit Europæ crux

Cum dimicantes læta prospiceres viros

Incerta voti perge, thalamos appara.

Tædis quid opus est? quid ve solenni face?

Quid ignes thalamis Troia prælutes nouis.

Celebrate Pyrrhi Troades connubia,

Celebrate: digni planctus, & gemitus sonent.

[REDACTED] quamvis careat. & fleti neget

Magnus dolor, sociosque nonnunquam sui

Mœroris ipsos oderit: causam tamen

Possum tueri iudice infestum meam.

Grauiora passa luget Andromacha Hectorem,

Et Hecuba Priamum, solus occulte Paris

Lugendus Helenæ est. durū, & inuisū, & graue est

Seruitia ferre: patior hoc olim iugum

Annis decem captiva: prostratum Ilium est,

• Versi penates, perdere est patriam graue,  
 • Grauius timere: vos leuat tanti mali  
 Comitatus, in me victus, & Victor furit.  
 Q uam quisque famulam traheret, incertodiu  
 Casu pependit: me meus traxit statim  
 Sine sorte dominus. causabellorum fui  
 Tantæque Teucris cladis: hoc verum puta.  
 Spartana puppis vestra si secuit freta:  
 Sin rapta Phrygys preda remigibus fui,  
 Deditque donum iudici victrix dea,  
 Ignosce paridi. Iudicem iratum, puta,  
 Habitura causa est: ista Menelaum manent  
 Arbitria. hanc nunc luctibus paulum tuis:  
 Andromacha omisis flecte: vi...  
 Retinere. AN. Q uātū est: helena, quod lacrymat,  
 Cui lacrymat aut? fare quos Ithacus dolos, (malū?  
 Q uae scelera nectat? utrum ab Idaeis iugis  
 Iactanda virgo est, arcis an celsæ edito  
 Mittenda saxo? num per has vastum in mare  
 Voluenda rupes, latere quas sciss' oleuat  
 Altum vadofos Sigmaon spectans sinus?  
 Dic: fare quidquid subdolo vultu regis.

L. AN. SENECAE.

Leuiora mala sunt cuncta, quam Priami gener  
Hecubaq; Pyrrhus fare quam paenam pares:  
Ex pro me, & unum hoc deme nostris cladibus,  
Falli: paratas perpeti mortem vides.

HEL. Vt in am iuberet me quoq; interpres deum  
Abrumpere en se lucis in uis & moras,  
Vel Achillis ante busta furibunda manu  
Occidere Pyrrhi, fata comitantem tuæ  
Polyxena miseranda, quam tradi sibi,  
Cineremq; Achilles ante mactari suum,  
Campo maritus ve sit Elysio iubet.

AND. Vide ut animus in gens latus audierit necesse  
Cultus decoros regiae vestis perit,  
Te ad me iuris crinibus paritur manum:

Mortem putabat illud, hoc thalamos putat.

At misera luctu mater auditu stupet,  
Labefacta mens succubuit: a surgere alleuæ  
Animum, & cadentem misera firma spiritum.  
Quam tenuis anima vinculo pendet leui.

Minorum est, quod Hecubam facere felicem potest.  
Spirat, reuixit: prima mors miseros fugit.

HEC. Adhuc Achilles viuit in paenas Phrygium,

Adhuc

T R O A S.

Adhuc rebella, ô manum Paridis leuem.

Sinis ipse nostrum sanguinem, ac tumulus sitie.

Modo turba felix latera cingebat mea,

Lassabar in tot oscula, & in totum gregem

Diuidere matrem: sola nunc hac est super

Votum, comes, leuamen afflictæ, quies:

Hæctonus Hecubæ fætus, hac sola vocor

Iam voce mater, dura, & infelix: age,

Elabere anima: deniq; hoc vnum mihi

Remitte funus, irrigat fletus genas,

Imberq; victo subitus è vuln' cadit.

Lætare, gaude nata, quam vellet tuos

Cassandra thalamos: vellet Andromache tuos.

AND. Nos Hecuba, nos nos Hecuba in tua summa

Quas mota classis huc, & huc sparsa feret,

Hanc chara tellus sedibus patrys teget.

HEL. Magis inuidabis: si tuam sortem scias.

AND. An aliqua pæna pars mee ignota est mihi?

HEL. Versata dominos vrna captius dedit.

AND. Cui famula tradar, ede: quem dominū voco?

HEL. Te sorte prima Scyrius iuuenis tulit.

Cassandra felix, quam furor sorte eximit,

L: AN. SENECAE.

Phœbusque, regum hanc maximus rectortenet.

HEC. Est ne aliquis Hecubam qui suam dici velit?

HFL. Ithaco obtigisti preda nolens libeuis.

HEC. Quis tam impotens, ac dirus & iniquæ ferus  
Sortitor urnæ haud regibus reges dedit?

Quis tam sinister diuidit captas deus?

Quis arbiter crudelis, & miseris grauis

Elegere dominos nescit? & saeva manu

Dat iniqua miseris fata? quis matrem Hectoris

Armis Achillis miscet? ad Vlyssem vocor.

Nunc victa, nunc captiva nunc cunctis mihi

Obsessa videor clavibus domini pudet,

Non seruitutis, Hectoris spolium feret,

~~sterilis~~ sterilis, & saeuis fretis

Inclusa tellus num capit tumulos meos?

Duc, duc Vlysse, nil moror dominum sequor;

Ne mea sequentur fata: non pelago quies

Tranquilla veniat: sanguis ventis mare,

Et bella, & ignis, & mea, & Priami mala:

Dumque ista venient, interim hec pœna in loco est.

Sortem occupauit, præmium eripuit mihi.

Sed incitato Pyrrhus quid cesas? age,

Vultuque toruo. Phyrhe quid cessas? age,  
 Recluse ferro pectus, & Achillistui  
 Coniunge soceros. perge mactator senum,  
 Et hic decet te sanguis. abreptam trahit.  
 Maculate superos cæde funesta Deos,  
 Maculate manes: quid precer vobis? precor  
 His digna sacris æquora, hoc classi accidat  
 Toti Pelasgæ, ratibus hoc mille accidat,  
 Meæ precabor, cum vehar, quidquid rati.

C H O R V S.

Sapphici.

**D**ulce morenti populus dolentum,  
 Dulce lamentis resonare gentes.  
 Lentius luctas, lacrymæque mordent,  
 Turba quis fletu simili frequentat  
 Semper ah semper dolor ipse magnus  
 Gaudet in multos sua fata mitti,  
 Sequenon solum patuisse pœnæ.  
 Ferre, quam sortem patiuntur omnes,  
 Nemo recusat.  
 Nemose credit miserum, licet sit.  
 Tolle felices, remoueto multo.

G iij

Divites

L. AN! SENECÆ.

D'uites auro, remouet ocentum  
Rura qui scindant opulent ab obus,  
Pauperi surgent animi iacentes.  
Est miseri nemo nisi comparatus.  
Dulce in immensi s posito ruinis.  
Nem in em lætoshabai se vultus.  
Ille deplorat, queriturq; fatum  
Qui secans fluctum rate singulari  
Nudus in portus cecidit petitos.  
Aequior casum tulit, & procellas,  
Mille qui ponte pariter carinas  
Obrui vidit, tabulaq; littus  
Naufragia spargi, mare dum coactis  
~~et flumine~~ ne prohibet reuerti.

Questus est Hellen cecidisse Phryxus.  
Cùm gregis ductor radiante villo  
Aureo, fratrem simul, & sororem  
Sustulit tergo, medioq; iactum  
Fecit in ponte, tenuit querelas  
Et vir, & Pyrrha, mare cùm viderent.  
Et nihil præter mare, cùm viderent,  
Vanici terris homines relictis.

Solutio

Soluer hunc questum, lacrymasq; nostras  
 Spargeri <sup>huc</sup> illuc agitata classis,  
 Et tuba iussidare velanautæ,  
 Cum semel venis properante remo  
 Prenderint altum, fugientq; littus.  
 Quis status mentis miseris, et biomnis  
 Terra decrescit pelagusq; crescit?  
 Celsa cum longè latabit 1 de.  
 Tum puer matri, genitrixq; nato,  
 Troia qua iaceat regione monstrans  
 Dicet, & longè digitonutabit,  
 Ilium est illic, ubi fumus altè  
 Serpit in cælum, nebulæq; turpes.  
 Troes hoc signo patriam videbunt.

## ACTVS Q VINTVS.

NVNTIVS. ANDROMACHA.

HECVBA.

Trimetri Jambici.

O Dirafata, sœua, miseranda, horrida,  
 Quod tam ferum, tam triste, bis quinis scelus  
 Mars vidit annis, quod prius referens gemam,

Tus

L. AN. SENECÆ.

Tuos nepotius? an tuos luctus anus:

HEC. Quos cunque luctus fleueris, flebis meos:

Sua quenque tantum, me omnium clades premit.

Mihi cuncta pereunt: quis quis est, Hecuba est, miser

NVN. Mactata virgo est, missus è muris puer:

Sed viergne letum mente generosa tulit.

AND. Exponi seriem cædis, & duplex nefas

Prosequere: gaudet animus ærumnas meas,

Tractare totas: ede, & enarrâ omnia.

NVN. Est vna magna turris è Troia super

Absueta Priamo, cuius è fastigio,

Summisque pinnis, arbiter belli sedens

Regebat acies, turre in hac blando sinu

Fouens mortem: cùm metu versos graui

Danaos rugaret Hector & ferro, & face,

Paterna pueru bella monstrabat senex.

Hæc nota quondam turris, & muri decus,

Nunc sœna cautes, vndique effusa ducum.

Plebisque turba cingitur, totum coit

Ratibus relictis vulgus his collis procul.

A ciem patenti liberam præbet loco:

His alta rupes, cuius è cacumine

Erecta summos turbalibrauit pedes:  
Hunc pinus, illum laurus, hunc fagus tegit:  
Et tota populo sylua suspenso tremit.  
Extrema montis ille prærupti petrit.  
Semusta at ille recta, vel saxum imminens  
Muri cadentis pressat: atque aliquis nefas.  
Tumulo ferus spectator Hæstereo sedet.  
Per spatia latè plena sublimi gradu  
Incedit Ithacus, paruum dextra trahens  
Priami nepotem: nec gradu segni puer  
Ad alta pergit mœnia. Ut summa stetit  
Pro turre, vultus huc & hoc acerestulit  
Intrepidus animo qualis in gentis feræ  
Parvus, tenerque fætus, & nondum  
Sæuire denie: iam tamen tollit minas,  
Morsusque inanes tentat, atque animus tumet.  
Sic ille dextra prensus hostili puer  
Ferox, superbe mouerat vulgum, ac duces,  
Ipsumque Vlyssem: non stet è turba omnium  
Qui fletur: ac dum verba fatidici, & preces  
Concipit Vlysses variis, & saeuos ciet  
Ad sacra superos, sponte dissipavit sua

L: AN. SENECAE.

In media Priami regna.

AND. Quis Colchus hec, quis sedis incerta Scytha  
Commisit? aut quae Caspium tangens mare  
Gens iuris expers ausa? non Bujridis  
Puerilis aras sanguis aspersit feri,  
Nec parua gregibus membra Diomedes suis  
Epulanda posuit, quis tuos artus ieger?  
Tumuloq; trader? NVN. Quo nsenim præceps locus  
Reliquit artus? ossa disiecta graui  
Elisa casu, signa clari corporis,  
Et ora, & illas nobilis patris notas  
Confudit imam pondus ad terram datum.  
Soluta cervix, silicis incusso caput  
Ruprum cerebro penitus expresso, iacet  
Deforme corpus. AND. Hic quoq; est similis patri  
NVN. Præceps ut alris cecidit è muris puer,  
Exleuitq; Achium turba, quod fecit, nefas  
Idem ille populus aliud ad facinus redit,  
Tumulumq; Achillis, huius extremum latus  
Rhætra leni verberant fluctu vada.  
Auersa cingit campus. & cliuo leui  
Erecta medium vallis includens locum

Crescit theatri more, concursus frequens  
Impleuit omne litus, hic lassus moras  
Hac morte solui rentur: hi stirpem hostium  
Gaudent recidi, magna pars vulgi leuis  
Odit scelus, spectatq; nec Troes minus  
Suum frequentant funus, & pauidi metu  
Partem ruentis ultimam Troi& vident,  
Cum subito thalam i more præcedunt faces,  
It pronuba illi Tyndaris mœstum caput  
Demis, a tali nubat Hermione face,  
Phryges precantur: sic viro turpis suo  
Reddatur Helena, terror attonitos mouet  
Vtrosq; populos ipsa deictos gerit  
Vultus pudore, sed tamen fulgent genæ,  
Magisq; solito splendet extremus  
Vt esse Phœbi dulcius lumen solet  
Iam iam cadentis astracum reperiunt vices,  
Premiturq; dubius nocte vic madiis.  
Stuper omne vulgus, & ferè cum eti magis  
Peritura laudant hos mouet formæ decus,  
Hos mollis ætas, hos vagæ rerum vices:  
Mouit animus omnes fortis, & letobuius.

Pyrrhunc

Pyrrhum antecedit: omnium mentes tremunt:  
 Misericordia ac mirantur. Ut primum ardui  
 Sublime montis tetigit, atque alre editus  
 Inuenis paterni vertice in busti stetit  
 Audax virago non tulit retro gradum,  
 Conuersa ad iustum stat truci vultu ferox.  
 Tam fortis animus omnium mentes ferit.  
 Nouumque monstrum, est Pyrrhus ad cædem pīg  
 Vi dextra ferrum penitus exacta abdidit,  
 Subitus recepta morte prorupit cruor  
 Per vulnus ingens: nec tamen moriens adhuc  
 Deponit animos: cecidit ut Achilli grauem  
 Factura terram, prona, & irato impetu.  
 V. ter ~~ter~~ <sup>tertius</sup> cœtus: at timidum Phryges  
 Misere gemitum: clarus viator gemit.  
 Hic ordo sacri: non stetit fusus cruor,  
 Humo ue summa fluxit: abduxit statim.  
 Sæuus quætorum sanguinem tumulus bibit.  
 HEC. Ite, ite Danai, perite iam tuti domos.  
 Oprata velis maria diffusis fecet  
 Secura classis: concidit virgo, ac puer.  
 Bellum peractum est. quo meas lacrymas feram?

T R O A S .

58

Vbi hanc anilis expuam leti moram?

Natam, an nepotem? coniugem, an patriam flegam?

An omnia? an me? sola mors votum meum

Infantibus violenta virginibus venis.

Vbicunque properas saeue, me solam times,

Vitasque gladios inter, actela, & faces.

Quæsita tota nocte cupientem fugis.


Non hostis, aut ruina, non ignis meos


Absumpsit artus: quam propè à Priamo sterit?

N V N . Repetite celeri maria captiuæ gradu.

Iam vela puppis laxat, & classis mouet.

F I N I S .





✓✓✓



